
BALFOURIAN









Robert Pitcairn
WRITER TO THE SIGNET.





MEMORIA BALFOURIANA;

Sive;

Hiſtoria Rerum,

Pro LITERIS Promovendis,

Geſtarum

A clariſſimis FRATRIBUS

BALFOURIIS,

D. D. *JACOBO*, Barone de *Kinaird*,

Equite, Leone, Rege Armorum:

Et

D. D. *ANDREA*, M. D. Equite

Aurato.

Sibbald

Authore Rt S., *M. D.* Equite Aurato.

EDINBURGI,

Typis Hæredum *Andreæ Anderſon* Regiæ

Majeſtatis Typogr. Anno *DOMINI*

M. DC. XC. IX.

2 July 1728.

Præfatio ad Lectorem.

NOn me latet, benevole Lector, quæ de magnis Viris scribuntur, deberi esse Ingenio perfecta, et industriâ elaborata; Ego autem Ingenio prorsus mediocri, et exiguâ admodùm Facultate scribendi instructus, declinare non possum quod à me postulant Officium, cum illustribus Fratribus Balfouriis sanguinis propinquitas, et cum natu minore, arctior per triginta annos Amicitia; licèt eam Spartam pro Dignitate ornare nequeam. Ne igitur erga tantos Viros ingratus videar, cum per ætatem ingravescentem & vitæ genus, eorum vitas & res gestas stilo florido depingere non possim; rudi hoc (quod tibi offero) opusculo, eorum aliquam Effigiem & rerum, ab iis pro Eruditione augendâ, gestarum, memoriam censui contexendam potius, quàm res tam præclaras à Posteris ignorari patiar. Quantum autem mihi in hoc officio perficiendo Eloquentiæ deest, tantundem à singulari meâ in præstantissimos hosce Viros Pietate, et tuâ in me benevolentiâ, suppleri

pleri, vellem. Hâc ſpe fretus, quædam tradam de illuſtrium fratrum majoribus & Propinquis, de ipſorum ſtudiis & functionibus, de operibus quæ pro eruditionis Pomariis proferendis perfecerint. Si autem non afferam omnia quæ de iis dici poſſint, æquum eſt meminiſſe meæ tenuitatis, & me pluribus (quibus opus erat) ſubſidiis fuiſse deſtitutum.

Virorum *autem tam illuſtrium, præclarè geſta innoteſcere, Reipublicæ literariæ, plurimùm intereſt; eximiæ enim eorum Virtutis, Eruditionis ſummæ, Ingenii acutiſſimi & Judicii ſubactiſſimi Repræſentatio Juventutem excitabit, ut hæc magna Exemplaria & Virtutes tam egregias imitetur.* Vale.

MEMORIA

MEMORIA
BALFOURIANA
SIVE
Historia Rerum ab illustribus Fratribus BALFOURIIS, pro Literis Promovendis Gestarum.

Pars PRIMA.

De Gestis à D. JACOBO, Barone de KINAIRD.

GENS BALFOURIA Nomen habuit à Castello *Balfore*, sito ad amnem *OR*, antiquâ Majorum sede; quam, unà cum Vice comitis *Fifensis* Munere, er multos Annos tenuere. Gens autem in arias Propagines divisa fuit, inter quas laruere maximè *Balgarvea*, *Monquhannea*, *enmillia*, *Ballovia*, *Carestonia* et *Kirktonia*. x quibus multi Viri exorti sunt, cùm Virite Bellicâ, tùm Pacis Artibus illustres. Ut lios taceam, præterire non possum D. *Michaelem*

chaelem Balfourium de *Balgarvy*, Militem, multis Legationibus apud Principes *Europæ* clarum, quem Rex *JACOBUS* ejus nominis Sextus apud *Scotos*, & Primus *Britanniæ* Monarcha, Baronem Parliamentarium, titulo *Domini Balfourij* de *Burleigh*, Diplomate suo, Anno 1607. creavit.

Nec omittere possum *Robertum Balfourium Angusianum*, Academiæ *Aquitanicæ* apud *Burdegalenses* Moderatorem, multis Scriptis impressis celebrem. Hos nominasse sufficit, cum agendum mihi sit solùm de Propagine *Denmilliana*, quæ Originem suam debet *Jacobo Balfourio*, Filio *Joannis Balfourij* de *Balgarvy*, Militis; cui Villam, & Agros de *Denmiln*, in Feudo tenendos, dedit Rex *Jacobus* Secundus, Anno Regni decimo quarto. Sita autem est hæc Villa in Præfecturæ *Fifensis* Parte *Occidentali*, in Parochiâ *Abdie* dictâ, non procul á *Tai* Fluminis Æstuario.

Hic autem *Jacobus* pro Patriâ pugnans, paulò post *Jacobi* Secundi mortem, in prælio apud *Roxburgh Castrum* commisso, interfectus est; ut constat ex Chartâ Regis *Jacobi* tertij, *Johanni* ejus Filio concessâ; Is autem *Johannes* junctus fuit matrimonio *Christianæ Sibbaldæ*, *Petri Sibbaldi* de *Rankilor*, filiæ; et paternæ Virtutis Hæres, strenuè quoque

p. G

pro Patriâ pugnans, unà cum Rege *Jacobo* quarto, in Prælio apud *Flowdenem* Collem, occisus est. Hujus verò *Johannis* Filius *Patricius*, Proavus fuit illustrium Fratrum, de quibus agendum est; Et ejus Filius *Alexander* illorum Avus fuit; Hujus denique Filius *Michael*, Eques Auratus, Horum Pater fuit; Is autem *Michael*, tàm *Manu*, quàm *Consilio*, promptus, Hospitij Regij *Caroli* secundi, Contrarotulator, sive domesticarum Expensarum Inspector fuit; Ille avitum Patrimonium multis Latifundiis auxit, et ex unicâ Uxore *Joannâ Durhame*, Nobilis Viri *Jacobi Durham* de *Pitkerrow* Filiâ, quinque *Filios* genuit, & novem *Filias*: Duæ ex Filiabus Virgines demortuæ; septem reliquæ Viris illustribus nupsere.

Filiorum Natu maximus erat *Jacobus*, de quo fusè agendum est posteà.

Secundus erat *Alexander*, cui ab Agro de *Lumbanie*, Titulus fuit. Is Verbi divini Minister, cùm præclarâ Corporis Specie, tùm Prudentia, & Vitæ Pietate, Venerabilis erat.

Tertius fuit *Michael*, Dominus *Randerstonii*, Rei rusticæ Peritiâ singulari, multùm commendatus.

Quartus fuit *David*, Eques Auratus, Dominus de *Foret*, in Foro Juridico, tàm *Civili*, quàm *Criminali*, Senator.

Omnium Liberorum Natu Minimus, fuit celeberrimus Collega Noſter, Dominus *Andreas*, Medicinæ Doctor, & Eques auratus; de Quo, in ſecundâ parte, hujus Tractatûs, nobis fuſè agendum eſt.

Hos Liberos recenſere, operæ Pretium erat, cùm quod omnes ſuâ virtute claruerint, tùm quod mirè fœcundi fuerint; Ex his enim (ut ſæpe mihi retulit ὁ μακαρίτης *Andreas*) Dominus *Michael* Pater, Nepotes trecentos de ſe oriundos, viderat; ipſe autem *Andreas*, Sexcentos à Patre ortos conſpexit: Qui affinitate, plurimis per Univerſum Regnum, Familijs Nobilibus, juncti fuere; Quæ ſingularis hujus Familiæ Fœlicitas fuit, quam pauciſſimæ aſſequntur, vix ullæ exuperant.

Ut ad Primogenitum, Dominum *Jacoum* redeam, Qui *Kinardiæ* Baro fuit, cùm in eo erectioris Ingenij Igniculi apparerent; Ejus animum Parentes, debito Pietatis ſenſu, optimiſque diſciplinis, imbuendum, curaverunt; quantum autem, profecerit in ijs, maturior Ætas abundè docuit; Junioribus etiam in Annis, in Poëſi (quæ tunc à doctis multùm colebatur) eum excelluiſſe oſtendit Celebris Poëta Noſtras, D. *Joannes Leochæus*, in

Streni.

Strenis, *Calendis Januarijs, anno* 1626. editis, Poemate inſcripto *Generoſo Juveni Jacobo Balfourio Kinardi*, cui titulus *Janus*, in quo hæc de Eo cecinit;

Hunc tu Carminibus conſtrictum Iacobe *latinis*
Coge tuis Numeris, quos Muſa Caledonis *aptat,*
Et natura Tibi, nam tu quoque Scotica *Si en.*
Panthea Noſtra tua eſt, ita cultu læta Britanno
Et melior meâ (ſi quid queat eſſe r Puellâ.

Idem etiam Carmine in *Jacobi Balfourii* Pantheam;

Namq; ut pulchra ſatis; minus eſt mea Panthea caſta
Quum non pulchra minus, et tua caſta magis.

Ex quibus Verſibus apparet, *Jacobum* noſtrum, egregiè vertiſſe *Pantheam Leochæi* latinam, in Metra Scotica. Libellum etiam vidi, in quo, varia ſcripta ſunt, ejus Manu, Poemata latina, & quædam in Linguâ vernaculâ; & poſtremo Poemati, Nomen ſuum appoſuit.

Studiorum Curriculo confecto, ſtatim ſe in exteras Regiones contulit, ut Mores aliorum Populorum, inſpiceret; & cum celebribus viris, qui ibidem Doctrinæ famâ clarueant, converſaretur; Redux autem in Patriam, totum ſe ſtudio *Antiquitatum* et *Hiſto-*

riæ noſtræ Gentis, dedit, in quibus miros profectus fecit; Fœliciter autem accidebat, quòd hoc ſæculo ineunte varij viri docti, Hiſtoriam noſtram illuſtrare cæperint; inter hos, *Robertus Maule*, *Officialis*, ſeu (ut malunt noſtrates) *Commiſſarius Diocœſios Sancti Andreæ*, de primâ, gentis noſtræ, origine ſcribebat. Dominus etiam *David Buchananus*, Antiquitates noſtræ Gentis accuratè inveſtigabat. D. *David Humius*, Objecta, contra Antiquitatem Gentis noſtræ, doctè diluebat, Nobilis etiam *Robertus Gordonius* de *Strâloch*, Miles, Antiquitates noſtras non parùm illuſtrabat; Dominus Robertus *Johnſtonus*, cùm res *Britannicas*, tùm & *Gallicas*, *Belgicas*, & *Germanicas*, ab anno 1572. ad annum hujus ſeculi 28. tradebat. Dominus *Guilielmus Drummond* de *Hauthornden*, Regum quinque, quibus nomen *Jacobus* fuit, Hiſtoriam, Scriptis mandabat; Dominus *Cuthreus*, Geſta in civili bello quod inter Nos exarſit, literis conſignabat. Dominus *Wiſeheart*, (poſtea Epiſc. *Edinburg.*) Marchionis *Montiſroſani* Geſta, Scriptis conſecrabat. Geographicam autem Regni *Scotiæ* Deſcriptionem, multùm promoverat *Timotheus Pont*, magni Viri, & de Republ. literariâ, optimè meriti, *Roberti Pont*, Filius. *Robertus* etiam *Gordonius* Eques, & ejus Filius

us *Jacobus*, Ecclesiastes *Rothomayensis*; & *Johannes Scotus Scoto Tarvatus*, Cancellariæ Director, multas Descriptiones, & varias Provinciarum Tabulas adjecerant. Reverendissimus D. *Johannes Spotswoodus*, Ecclesiæ Primas, Historiam, cùm Ecclesiasticam tùm Civilem, à primordiis Christianæ Religionis, apud Nos, ad *Jacobi* sexti Mortem, continuaverat. *Historiam* quoque ecclesiasticam, à Reformatione à Papismo ad Sæculi hujus 25. Annum, tradebat *David Calderwoodus*. Horum Æmulatione excitatus *Jacobus Balfourius*, quid Ipse possit in his Studiis, experiri statuit; Cum autem Artem Heraldicam adamaret, ut Se in eâ perficeret, *Londinum* Se contulit, Amicitiam initurus, cum eruditis, in eâ Arte Viris; In Horum autem Societatem, non tàm aliorum *Commendatione*, quàm propriâ *Virtute* est admissus; maximè autem, coluit, Dominum *Gulielmum Segar*, qui inter Fœciales, tàm *Ingenij* Laude, quàm *Officij* Dignitate, maximè eminebat, erat enim *Garter*, seu *Primus Armorum Rex*; Commercium Literarium habebat quoque cum Domino *Rogero Dodsworth*, & Domino *Gulielmo Dougdale*, ijsque Plurima de Antiquitatibus nostris communicabat, ut videre est in *Monastici Anglicani*, per Hos editi, Volumine altero, Titulo *Cœnobia*

nobis Scotica, ubi varia à *Jacobo Balfourio*. ex Autographis exſcripta habentur,ad Hoſce prædictos Viros tranſmiſſa; Ipſe etiam ex horum Conſuetudine multùm proficiebat in eo Studio; Ab illâ ſimilitudine Studiorum, et amore Patrias Antiquitates penitiùs indagandi Initium ſumpſit arctiſſima Amicitia, quàm multis Officijs continenter fovebant. Is etiam *Gulielmus Segar*, in tanti Amoris et Benevolentiæ Memoriam, non ſolùm illi, totius collegij Fœcialium,Favorem,& Amicitiam conciliavit, ſed et inſigne hoc Elogium, ei obtinuit, quod cùm *Chirographis*,tùm *Inſignibus* confirmatum, in ejus *Albo* amicorum poſuere. Cujus Hæc Formula eſt.

TO *all and ſingular, to whoſe Knowledge, thir preſents ſhall come, Greeting*: Sir William Segar, *Sir* Richard St George, *and Sir* John Borrough, *Garter, Clarentius, and Norroy, Kings of Armes*: William Penſon, *Lancaſter*, *Sir* Henry St. George, *Ridemond*; Henry Chetting, *Cheſter*,; John Philpote, *Sommerſet*; William Le Neue, *Zork*; *and* John Bradſhaw,*Windſor*; *Heraulds*: Samſon Leonard,

ard, *Blewmantel*, Thomas Thomſon, *Rouge-dragon*; Thomas Preſtoun, *Portcullis*; *and* George Owen, *Rouge-Croſs*; *Purſevants.*

According to the Laudable Cuſtoms of Nations, not to conceile that Honor which is due to Virtue and Learning, We do Teſtifie and bear Record that James Balfour Eſq; *By and attour his Inſight and Knowledge, in diverſe Languages, hes alſo ſingular good* Experience *and* Knowledge *in all* Antiquities *and Forraign* Hiſtorys, *but eſpecially, in theſe concerning the Iſland of Great* Britain *and* Ireland *as alſo, we Teſtifie and does Witneſs, him to be an Expert and Graduat Herauld, in Blazing of* Coats *and* Armories, *in inventing of* Criſts, *and* Supporters, *in ſearching* Genealogies *and* Deſcents, *in Marſhalling of* Funerals, Triumphs, *and* Inaugurations, *&c. And in all* Ceremonies *whatſomever, pertaining to* Honor *or* Armes; *In Witneſs of the Premiſſes, we abovenamed,* Kings *of* Arms, Heraulds *and* Purſevants, *has to this our preſent* Teſtificat, *and* Approbation, *With the ſeveral* Cottes *of our* Armes, *affixed our* Manuall Subſcriptions, *at our* Office *of* Armes, *in the Citie of* London, *the* 3. *of* October, *and* 4. *of* December, *in the fourth Zear of the* Reign *of our* Soveraign Lord, *King* CHARLES, *and of our* Redemption *the* 1628.

Poſt

Post quæ, Eorum *Insignia*, *Nomina*, *Officia* & *Symbola*, in ejus Libro apposita sunt

Fautorem & Promotorem habuit Illustrissimum Comitem *Kinnouliæ*, *Georgium Hayum*, Regni *Scotiæ* Cancellarium. Ejus Commendatione à Serenissimo Rege Magnæ *Britanniæ* CAROLO I. creatus est *Leo Rex Armorum*, magnâque in Gratiâ fuit apud Regem, qui Ejus Operâ in variis Regni Negotiis utebatur. Nam dum florebant Regis Res multùm in Aulâ versabatur, sed flagrante Bello Civili, cum Partibus Regis faveret, nec ita adversæ Factioni acceptus esset, in secessu apud *Falcolandiam*, aut Prædium suum de *Kinaird*, à Tumultu *Bellico* remotis, totum se studiis prosequendis dedit; Officium autem *Leonis Regis Armorum*, summâ cùm Laude gessit per multos annos usque dum à *Cromwellio* Usurpatore, eo munere, abdicaretur.

In secessu autem rurali, multa collegit, M. S. de re Heraldicâ, Varia etiam scripsit in Linguâ Vernaculâ de Eâ; Quorum quædam nunc servantur in Bibliothecâ *Jurisperitorum*; quædam amicis donata; quædam in Expugnatione Urbis *Toaduni* (ad Quam, Ea transferenda curaverat) ab *Anglis* direpta fuere. Ego eorum, quæ ad Notitiam meam pervenere, Titulos recensebo.

Quæ Scripsit sunt ea.

1. *A Treatise of the Surnames in general, but especially of these in* Scotland.
2. *A Treatise of the* Order *of the* Thistle.
3. *An Account of the* Ceremonies *used at the* Coronation *of King* Charles I. *at* Holy-rood-house.
4. *The* Ceremonies *used at the* Coronation o K. Charles II. *at* Scone, *Printed with the Sermon at the* Coronation, *preached by* Mr Robert Douglas, *Minister of the* Gospel *at* Edinburgh,
5. *Ane Account of the* Coats *of* Armes *born by the* Nobility *amd* Gentry *of* Scotland.
6. *Scotorum Procerum Genealogiæ.*

   The Genealogie *of all the* Earls *of* Scotland *from their* Creation, *down to* 1647.
7. *An Account of the Funerall* Ceremonies *of some* Noble *Persons.*
8. *An Account of these who were* Knighted *when he was Lyon.*
9. *An Account of the* Impressa's, Diviso's, *and* Motto's *of several of our* Kings *and* Queens.
10. *The* Crests, Devices, *and* Motto's, *of the* Scots Nobility.
11. Injunctions *by Sir* James Balfour *of* Kinaird, Knight, Lyon King *at* Armes (*according to the* Direction *of the* Act *of* Parliament, *made thereanent*) *to be observed by all the* Officers *at* Armes.

12 Corrections *of several* Coats *not right* Blazon'd, *and* Blazings *of several* Coats *by* Him.

13. *The* Genealogies *of several* Families.

14. *An* Account *of the* Coronations *of* Emperours *and* Kings, *especially of* Alexander III James VI. Charles I. & II. Kings *of* Scotland.

15 *A* Treatise *of the* Scots *and* English Sirnames *in severall* Volumns.

16 *A* Treatise *of the* Science *of* Herauldry.

Quæ collegit M. S. de Re Heraldicâ, quædam latinâ Linguâ, quædam vernacu â,aliisq;

Horum Tituli Sequntur.

In Linguâ Latinâ.

1. Bartolus *à* Saxoferrato,*de* Signis & Armis
2. NicolausUpton *de* Militiâ&Nobilitate.
3. *De* Bellis *et* Actibus *exercitatis in eisdem.*
4. *De Nobilitate* Colorum *in* Armis *depictorum*
5 Regulæ *per* Quas, Colores Armorum, & *ipsa* Arma, *claré ditcernuntur.*
6 *De* Gubernatione & Reformatione Officiariorum Armorum, R. H. V.
7 *De* Officio Comitis Mareschalli *Angliæ.*
8 *De* Constabularijs, *et* Officio Constabularii *Angliæ.*

9

9. *Genealogiæ* Regum *et* Principum *Europæ*
10. *It.* Geneal. Regum *Scotiæ*,
11. De juræ prælationis Nobilium *Scotiæ*
12 Extracta *de* Coronatione *Alexandri* III. *Anno* 1249.
13. Extracta *de* Coronatione *Roberti* II. *Regis* Scotorum.

Linguâ Anglicâ & alijs Linguis

A *Large* Volumn *in* Folio *with the* Coats *of* Armes, *of the* Kings, *and most of the* Noble *Families in* England, *and the* Coats *of* Armes, *of the* Scotish Kings, *beginning at* Robert Bruce. *and reaching to* K. CHARLES, I. *and the* Armes *of the Principal* Nobles *in* Scotland, *in their proper* Colours.

Cambdeni, *Clarentij*, *Armorum* Regis Regni *Angliæ*, Collectiones quædam *Genealogicæ*, et *Historicæ* Regni *Scotiæ* : *Partly* Latin *and partly* English.

Southamptons *Genealogie* de Angleterre.

L' Ordre de Chivalrie, par Simphorien Champiere.

Traite de L'Ordre de St Michiel.

The Original Institution *of the principal* Order *of* Colliers *in their* Colours *with their* Mottets

Mottet's, *by* William Segar *Garter.*

7 *The* Statutes *and* Ordinances *of the Order of* St. George, *named the* Garter.

8 *An account of the* Office *of an* Herauld.

9 Scrimgeour, *His Treatise of* Heraldry *and* Combates

10 *A full account of the* Office *of* Heraulds *and of the* King *at* Armes, *their* Institution, Habit, *and* Fees, *and the Emoluments of* Herauld, Pursevants *and* Messengers.

11 *The Copie of the* Commission *of the Earl* Marishal *of* Scotland

12 *An account of the* Kings of Armes, Heraulds, *and* Pursevants *in* England.

13 *A Catalogue of the* Earls, Viscounts, *and* Barons, *of* Ireland, *as they were Ranked in the year,* 1628.

14 *The* Arms *of the* Nobility *of* Ireland, *and of diverse* Gentlemen *of the same Countrey* 1627.

15 *The* Names *and* Armes *of the* Noblemen, *and* Knights, *that were in the Time of* K. Edward I. *and* King Edward II.

16 *The* Armes *and* Names *of the* Benefactors, *of the* Church *of* Westminster.

17 *The* Alphabet *of* Honor, *of the* Succession *and* Armes, *of the* Kings, Princes, Dukes, Marquesses, Earls, Barons, *and* Gentry

Gentry *of* England, *since the* Conqueſt,

18 *A* Regiſter *of the* Nobility, created *or* reſtored *since the* Conqueſt, *in every ſeveral* King *his* reign, *and of ſuch as were* Nobles *when the* Land *was conquered by the* Normans.

19 *The* Pedigree *of the* Nobles *remaining in* Honor, *with the* Matches *of their* Houſe.

20 *A* Blazon *of the* Armes *&* Criſts *of the* Nobility, *till the 40th year of Q.* Elizabeth.

21 *An* Account *of the* Solemnitys *at the* Interments *of ſome* Kings *&* Queens, *of* England.

22 *A* Collection *of the* Officers *of the* Queen *of* England, *over all* England *and* Wales, *with their Fees;*

23 Collectanea *Domini Davidis Lindſay* Militis, *Leonis, Regis Armorum.*

24 Injunctions *ſet forth by* Sir David Lindſay *Knight*, King *at* Armes, *to be obſerved, by* Officers *of* armes, *within the* Kingdom *of* Scotland.

25 *Roberti Forman* Fœcialis, M. S.

26 *Several* Books *with the* Coats *of* armes *of the antient* Nobility *of* Scotland, *in their proper* Colours.

27 *Some* Coats *of the* Nobles *and* Gentry *of* Scotland, *in* black *and* white *Cryoned.*

Præcipuè autem ſe applicuit ad Hiſtoriam noſtram illuſtrandam, et cùm ſciret pro

Hiſtoria

Hiſtoria promovendâ, et ornandâ, ad Fontes Hiſtoriarum recurrendum eſſe; et antiquos Auctores conſulendos, et inter ſe conferendos; *Chartas*, & *Diplomata* Regni, diligenti verſanda Manu, et *Archiva* Monaſteriorum, et Eccleſiarum Cathedralium quæ in Regiſtris eorum inſerta fuere accuratè exploranda eſſe;(non enim aliundè, quàm ex *Actis* publicis, authenticiſq; *Inſtrumentis*, *Diplomatibus* ſcil. *Bullis*, et *Chartis* antiquis, certam perfectamq; anteriorum ſæculorum cognitionem hauriri poſſe, videbat;) Monachorum *Chartularia* & *Chronica*, tam *majora*, quam *minora*, quæ majorum Compendia erant, ſedulò inveſtigabat; et inſignem Horum numerum, obtinuit, Illorum benevolentiâ, apud quos ſervabantur; Deplorandum autem ſummoperè eſt, quod multa ejuſmodi. M. S. Sacrilegorum et Indoctorum, facta fuerint Præda, Igni deſtinanda, aut à Pueris laceranda; ſicque miſerè perierint: Quantilla enim Horum Pars ſupereſt! et omnia perijſſent, niſi pauci quibus ea in maximo Honore fuerunt, opportunè interveniſſent. Rudis quidem, fateor, et ſemibarbarus, pro ſæculi medij genio, fuit horum *Monachorum* ſtilus: Non *Induſtria* tamen, non *Judicium*, non *Amor Veritatis*, his defuere. Hos certè à primâ

Mon-

Monafteriorum *Erectione* in hoc Regno, optimos in re literariâ Exploratores et Oculatos et Auritos Teftes rerum cujuspiam momenti, fuis Temporibus contingentium, habemus fere folos et unicos: ut qui in fuis Monafterijs unum aut alterum femper deputaverint, ad Rerum fui Temporis Memoriam, *S*criptis confignandam: Quicquid etiam cum exteris Principibus, five in Fœderibus ineundis, five in contrahendis Principum Nuptijs, five in ftabiliendisCommerciis, publicè tranfactum fuerat, in fua Chronica & Regiftra, referri curaverunt; *Literas* etiam et *Bullas* Pontificum, *Refponfa*, *Edicta* & *Statuta* Regum, *Refcripta* Epifcoporum, *Conftitutiones* Provincialium Conciliorum, *Acta* feu *Decreta* Parliamentaria, Prælia, Illuftrium Virorum Mortes, Epitaphia et Infcriptiones, Anni etiam non raro Conftitutiones & Tempeftates, Morbos graffantes, Prodigia et oftenta, Hærefes fubortas, earum Authores & Dogmata, & Hæreticorum Pœnas; quæcunque denique ad communem Ecclefiæ et Regni ftatum fpectant, ea Literis mandaverunt, ut inde futuris Temporibus, fi qua dubitatio oriretur, Omni legitimâ contra ejufmodi Sacrofanctam Auctoritatem, unanimemq; con-

confeſſionem exceptione ſubmotâ; de Illorum Fide & Veritate conſtaret, quæ in hiſce Scriptis referebantur. Maxima ergo *Jacobo Balfourio* Gratia debetur à Poſteris, æternumq; Memoriæ ejus erigendum eſt Monumentum; Propter Operam in Hiſce manuſcriptis conquirendis, et conſervandis, elocatam: cum enim perſpiceret nequè ſe accuratam, Hiſtoriæ *Scoticæ* cognitionem, cui maximè intentus erat, nequè ſufficientia Documenta, & Argumenta, pro eâ confirmandâ, abſq; Vetuſtorum Authorum optimæ fidei, frequenti, et aſſiduo uſu, adipiſci poſſe; Neque ſibi et poſteris, pulchrius Ornamentum, neque Patriæ firmius Præſidium fore, quàm ex tali Theſauro literario, nullum ille non movit Lapidem; omnémq; Curam adhibuit, nullis etiam Sumptibus parcens, ut ejuſmodi Codicum Manuſcriptorum Copiam, non tàm in Ipſius peculium, quàm ad communem Literarum Utilitatem coaecrvaret, & maturè quidem cæpit,nec per Vitam deinceps ab iſtâ indagine ceſſavit.Horum autem quæ congeſſitCatalogum tradam, quantùm ex Scriptis, quæ reliquit, aſſequi licet; Quamvis multa ex iis nunc non comparent, ut quæ vel urbe *Taoduno* (ubi ſervabantur, ut dictum) expugnatâ

gnatâ, à Militibus *Anglis* direpta, vel amicis conceſſa aut donata fuerint. Eum autem ordinem ſervabo, primo vetuſta quæ poſſederit, enumerabo Manuſcripta, ad Hiſtoriam facientia, deìn quæ ad alias Scientias, et Artes illuſtrandas inſerviant, recenſebo; poſtremo loco moderna Manuſcripta apponam, ad prædictos uſus accommodata.

Manuſcripta Hiſtorica vetuſta

1. CHronicon *Melroſſenſe* quod propriâ manu tranſcripſit ex eo Examplari quod in Bibliotheca *Cottonianâ* aſſervatur, Huic adjunctum eſt
2. Chronicon *Arnoldi Blair*, Capellani Domini *Guelielmi Wallace*, Gubernatoris *Scotiæ.*
3. Chartularium *Fermilodunenſe.*
4. Chartularium *Dryburgenſe*
5. Chartularium Monaſterij de *Aberbrothock*, Folio,
6. Aliud Chartularium *Arbrothienſe*, Quarto, Cui adjuncta.
7. Chartularium Epiſcoporum *Abredonenſium.*

D 8, Char-

8. Chartularium Episcoporum *Dumblanensium.*
9. Chartularium Episcoporum *Dunkeldensium.*
10. Chartularium Episcoporum *Sancti-Andreæ.*
11. Chartularium Episcoporum *Brechinensium.*
12. Dispomata variorum *Regum* nostrorum
13. Bullæ variorum *Pontificum.*
14. Chartæ variorum Nobilium.
15. Antiquum Registrum *Monasterij* Sancti Trinitatis de *Scona.*
16. Chartularium *Cœnobii* de *Balmerinoch.*
17. Registrum *Prioratûs Sancti-Andreæ.*
18. Registrum *Monasterij* de *Cupro.*
19. Liber *Lindorensis*;
20. Liber *Balmerinensis.*
21. Liber *Cuprensis.*
22. Liber M. S. *Magni Mackulloch*
23. Liber *Sconensis.*
24. Chartularium *Cambus-Kenethense.*
25. Breviarium Libri *Cambus-Kenethensis.*
26. Breviarium Libri *Cuprensis.*
27. Breviarium Libri *Fermilodunensis.*
28. Breviarium Libri *Sconensis.*
29. *Beda* de Gestis *Anglorum.*
30. Historia *Scotorum Johannis Fordoni*

. *Turgoti* Historia *Scotorum.*
. *Alredi* Abbatis *Rivalis* Historia.
. Chronica *Henrici* Archidianconi *Huntingdoniæ.*
. Chronica Fratris *Martini*, Ordinis *Prædicatorum.*
. Historia *Alexandri Macedoniæ* Regis metrica per *Wilikeum* Civem *Spoletanum.*
. Liber *Carthusianorum* de *Perth.*
. *The* Chronicle *Originall* of *Andrew Winton* in verse, *to which is joyn'd.*
. Brevis Chronica; *in Prose.*
. Registrum *St. Mariæ* de *Linderis.*
. Chartæ, Diplomata, *Regum* variorum *Episcoporum* Stæ. *Andreæ*, et *Nobilium* quorundam, simùl compacta.
. Multarum *Chartarum* Copiæ, *seu* Exemplaria.
. Variorum *Pontifcum* Bullæ.
3. Indices varij vetustorum *Diplomatum.*
4. *Suetonij* Historia XII. *Cæsarum* priorum.
5. Liber *Justini.*
6. *Egesippi* Historia à Passione *Domini*, ad suam Ætatem
7. *Eutropij* Historia.
8. *Dionisius Alexandrinus*, de situ *Orbis*, ex translatione *Antonij Becharie Veronensis.*
9. *Heraclides* Episcopus de *Vitis* sanctorum *Patrum*,

50. Historia Persecutionis *Africanæ*, tempore *Genserici* & *Honorii* Regum *Vandalorum* à *Victore* Episcopo *Patriæ Vitensis.*
51. Historia Belli Trojani, *Daretis Phrigij*, ex translatione *Cornelij Nepotis.*
52. *Raimundi Martiani* Clavis Commentariorum *Caij Julij Cæsaris.*
53. *Galfridi Arthuri Monumentensis* Historia de *Brittonum* Origine & Rebus gestis.
54. Chronicon Volumen *à* Tempore *Alexandri* magni ad primùm sæculum *Christianum.*
55. *Archiepiscopatus, Episcopatus, Monasteria*, ordines *Religiosorum* in *Scotiâ*, ante Religionis *Reformationem*
56. *Inquisitio* in Curiâ *Vicecomitatus* de *Fyffe*, de *terris* ibidem.

Manuscripta Historica Moderna.

1. THe *Diarie of* Robert Birrell *Burgess of* Edinburgh, *Containing diverse Passages of State, and other memorable Accidents from the* 532.year *of our* Redemption, *till the* beginning *of the* year 1605.
2. George Marjoriebankes *his* Annals *of* Scotland *from the year* 1514. *to the year*, 1591.

3. Lindsay *of* Pitscotty *his* History *of* Scotland.
4. John Woodward *the* Life *and* Tragœdie *of* Mary, Queen *of* Scots *in* Verse.
With this is joyned.
5. *An Account of the* Execution *of the* Scotish Queen, *in* Fotheringhey Castle. Feb. 8. 1586.
6. ——Prince Henry *his Life,* Death *and* Funeralls.
7. *A Description of the* Westerns Isles *of* Scotland *by* Mr. Donald Monro.
8. *Descriptio* Insularum Orchadiarum *per* Johannem Ben
9. Camdinea i.e *Examen nonnullorum* à Gulielmo Cambdeno *in* Britanniâ *suâ positorum per* Da. Humium.
10. Gesta Gordoniorum *et* Southerlandorum 2 *libris descripta. Quorum prior,* Huntilæi *Familiæ Res gestas, à* Johanne Ferrerio Pedemontano, *conscriptas, complectitur.*
11. *Posterior* Southerlandiæ Comitum *Origenem et Incrementa, Vitas* et *Res, Bello Paceq; gestas tradit in quo multa Notatu digna in Regionibus* Scotiæ *ultra* Caledonios *à Scriptoribus nostris vel leviter tacta vel penitùs omissa fusiùs explicantur ; Authore* Alexandro Rossæo *Aberdonensi* Scoto.
12. Dalgleish *his* Collections *of the* Scotish Historie.

13. *No*

13. *Nomenclator* Buchannani Historiæ *Scotorum.*
14. Maul *of* Melgum *his* History *of the Picts*
15. Vitæ *Pontificum* Sancti Andreæ.
16. The Genealogie *of the chief* Clans *of the* Isles.
17. *Captain* John Anderson *his fourth Voyage to the* East Indies, *containing the* Course *to be kept, the* Winds, *and* Weather *by the* Way, *and the* Description *of the chief Places frequented by the* Europeans.
18. *The* Affairs *of the* Church *of* Scotland, *from the* year 1610. *to the* year 1625. 3. Volumnes.
19. *The* Proceedings *of the* General Assembly *holden at* Glasgow, *Novem*: 21. 1638.
20. *An* Addresss *of the particular* Kirks *of* Scotland, *to the* Kirk *at* Edinburgh.
21. Brevis *Narratio* Martyrij Th Maxfeildij.
22. *An* Account *of the* Lord Warwicks *passing through the* Spanish ARMADO *with a single* Ship.

Destructis et direptis Monasterijs optima documenta pro Historiâ adornandâ, ex Archivis Regni Actibus *scz.* publicis, Regum per, Legatos suos cum Exteris, Negotiationibus et Fœderibus, Regum et Secretariorum-

rum Regni epiſtolis et Regiſtris, et Literis Miniſtrorum ſeu Officiariorum Status petuntur. Pro Apparatu igitur pro Hiſtoriâ ſui temporis ſcribenda; quotquot ex his adipiſci potuit, collegit. Ego Faſciculorum & Voluminum ex his congeſtorum Titulos tantum recenſebo.

Manuſcripta Statum Regni ſpectantia.

1. E*Piſtolæ* à *Regibus* et *Gubernatoribus Scotiæ*, ad *Imperatorem*, *Papam*, & *Status Europæ* ab anno 1500. ad annum 1525
2. *Epiſtolæ* à *Jacobo* quinto Rege, *Mariâ* Reginâ, & Gubernatoribus *Scotiæ*, ad annum *Chriſti* 1545
3. Epiſtolæ & Mandata per *Reges*, *Optimates*, & *Magiſtratus*, *Scotiæ*, ab Anno 1505 ad Annum 1626
4. Tractatus Scotici, *or the* Leagues *between* Scotland & England, *from the* Year 1069
5. Articles *and* Orders *anent the* Watches, *keept upon the* Engliſh *Side of the* Borders *in* K. Edward VI. *his* Time.
6. *Secreta Secretorum*, ſive de *Principis Inſtitutione* ad *Alexandrum* Magnum, per *Ariſtotelem*, ex *Græco* in *Latinum* Sermonem tranſlata

translata, per *Joannem* Filium *Patricii.*

7. *Le Livre* des *Moeurs* du *Government* des *Seigneurs*, appellez les *Secrets des Secrets* de *Aristote* translatez en *Francoise.*

8. Negotiations *with the* Kings *of* Poland, Sweden, *and diverse* German Princes *and* States, *Regn.* Jacobo *Sexto, &* Carolo *primo.*

9. Negotiations *with* Denmark *and* Norway *Regn.* Jacobo VI. *&* Carolo I.

10. Negotiations *with* France, *Regn.* Jacobo VI. & Carolo, I.

11. *Several publick* Papers *relating to the* Scots-Guards *in* France.

12. Negotiations *with* Spain, *Regn.* Jacobo VI. *&* Carolo I.

13. Negotiations *with some* Italian Princes, *Regn* Jacobo VI. & Carolo I.

14. *A* Memorial *by the* President Jeanin *anent* Henry IV. *of* France.

15. Treatises *in* French *betwixt* France *and several other* Kingdoms *and* States.

16. Treaties, Instructions, Powrs, Commissions, Ratifications *and other* Acts *of the* French-Court *in* French.

17. Manuscripts *relating to the* affairs *of* Scotland, *and* England, *in the time of* Q. Elizabeth, *and* K. James VI. 19. Vol.

18. State Bussiness, *Regn* Carolo I. 4. vol.

19. *Secretary*

19. *Secretary* Alexander, *his* Regiſter *of* K. Charles I. *His* Letters *to the* Council *of* Scotland, *and others.*

20 *The firſt* Beginning *and* Proceeding *of the* Presbyterian Diſciplin *at* Geneva, *with the* Proceeding *of our firſt* Reformation *of* Religion, *written by* Doctor Bancroft Archbiſhop *of* Canterbury, *in anno* 1604.

21. *A* Satyre *againſt* Scotland.

22. *The* Anſwer *to it.*

23. *Miſcellany* Papers.

24. Liber *domicilii* Domini noſtri *Regis* anno 1525. *Jacobo colville* de *Ucheltree* Miniſtrante in Officio *Computorii Rotulatorum*, Folio.

25. *The account of what paſt when* Prince Charles *was in* Spain.

26. *The* Caſtilian Project, *againſt* England, *with an* Advertiſement *for the preventing thereof, with* a Vieu *of* Britain; *and* Compariſon *betwixt* Britain *and* Spain.

Manuſcripta de Jure.

1. L*Eges* Ludovici Regis.
2. *Conſtitutio* de *Mercaturâ.*
3. *Magna Charta.*

4. *Charta* de *Forrestis.*
5. *Commentarius* in *Magnam Chartam* & *Chartam* de *Forrestis.*
6. *A* Treatise *anent* Scotish Merchandise *and their* Measures.
7. *Stephani Patersoni* Notarij *Prothologi* sive *Registra* 4. vol.
8. *Joan. Lyciothin* Notarij *Registrum.*
9. *Anonymi Notarii Registrum.*
10. *Jo. Philp* Notarij *Registrum.*
11. *The old Laws* Regiam Majestatem, *in which, besides what is in the Printed* Copie, *are these following* Treatises.
12. In Quibus Causis amittitur Feodum? *several other* Questions *resolved.*
13. *Processus* Curiæ *Purprestura.*
14. De *Tutoribus* et *Curatoribus*, and *other Questions.*
15. *A* Treatise *containing* 18. Rubricks.
16. De 4. *modis* tenendi *Terras* de *Rege.*
17. *The* Maner *of* Battle *within* Lists.
18. *Notabilia* quædam concernentia *Iter Justitiarii*, antequam ad *Iter* procedatur. *with this is joyn'd*
19. *A* Treatise *concerning the* Procedure *before the* Justice-Court-
20. De *Obligatione* et eam *concernentibus.*
21. *Some* Questions *about* Deforcement, *and*

and other Cases, *as* Appeals, *&c.*
2. De ratione *Cartæ* Conficiendæ:
3. De *Pregnante* damnatâ.
4. *Constitutio* de *Mercaturâ.*
5. *Severall other* Constitutions.
6. *The* Laws *&* Customs *of the* Ships.
7. Quædam *Quæstiones* Juris.
8. *The* Forrest-Laws, *Here a large* Treatise; *in the printed* Copy *only* 4 Leaves.
9. *De* Judicibus, *a large* Treatise.
0. *Tailzies.*
1. Leges *Marchiarum*
2. *Statuta Militum* prædictorum.
3. *Severall* Titles *of the* Acts *of K.* Robert III. *not in the* Print.
4. *The* Order *of falsing* Doom, *a large* Treatise.
5. *Expositiones* quorundam *Vocabulorum* in *Chartis.*
6. Apud quem *Judicem*, aut *Judices* Causa *Feodi* debet agitari?
7. *The* Form *&* Method *of* Procedure *in severall* Actions.
8. Tractatus *Coronæ.*
9. *The* Order *&* Maner *of shewing* holding.
0. Ultima *Statuta* Regis *Roberti Bruis.*
1. Points *belonging to the* Wardens-Court.
2. *An* Index *of all containd in the* Manuscript.

Manuscripta Theologica.

1. B*Iblia* Sancti *Hieronimi* latina.
2. *Ane* New Testament *in* English.
3. *Bibliorum* Summa per *Jo.* de *Vasco.*
4. *A* System *of Theologicall* Matters *in a* Roll *of* Parchment.
5. *Paraphrasis* in *Psalmum* CXIX.
6. *Meditationes* Theologicæ.
7. *Psalterium* Abbatiæ de *Deer.*
8. *Liturgia* Sancti *Columbani* Abbatis.
9. *Manuale* Sancti *Davidis* I. Regis *Scotorum.*
10. *Manuale* Precum.
11. Psalterium *Ricardi Marishel*, Abbatis de *Culross.*
12. *Manuale* Reginæ *Elizabethæ Bourchier.*
13. *Venerabilis Bedæ* opuscula.
14. *Originis* & aliorum *Homiliæ.*
15 *Augustinus* de *congitione* veræ *Vitæ.*
15. ——— De *Trinitate.*
16 ——— De *Pænitentiâ.*
18. ——— De *Spiritu*, &c.
19. ——— *Sermo* de *Sacramento Altaris.*
20. *Boetius* de *Trinitate.*
21. *Anselmi* Tractatus varij.
22. Conflictus *Babylonis* & *Jerusalem.*
23. *Rabanus* de *Corpore* et *Sanguine* Christi.

24. *Vinamundus* de *Corpore Domini*.
25. D. *Alexandri Scoti* novæ *diſtinctiones* Ordinis *Ciſtercienſium*.
26. Oculus *Sacerdotum* Magiſtri *Rob.Groſſeti*.
27. *Roberti Groſthead*, Epiſcopi *Lincolnienſis* Loci Communes.
28. Anonymi Flores *Summarum*.
29. Deciſio *Will. Rufi*. Regis *Angliæ*, Contraverſiæ de *Terris* de *Fracheham*.

Manuſcripta Poetica.

1. O*Vidii* Liber de *Faſtis*.
2. *Claudiani* varia *Poemata*.
3. *Virgilii* Libri *Æneidos*.
4. *Papinii Statii* Thebaidos *Libri* XII.
5. *Perſius*.
6. *Rufi Avieni* Fabulæ.
7. *Will. Bibliarii* Opuſcula.
8. *Juvenalis*
9. *Sedulii* (*Scoti*) Opera.
10. *Terentius*.
11. *Alani* de *Inſulis* Anticlaudianus.

Manuſcripta

Manuſcripta Philoſophica.

1. A*Riſtote* de *Dietei*
2. *Franciſcus Petrarcha* de *Remediis* utriuſque *Fortunæ.*

Manuſcripta Medica.

1. G*Aleni* Opuſcula, *Parchment.*
2. *Joanicii* Commentarij in Libros *Galeni* de *Corpore humano.*
3. ------------ Commentarii in VI. primos Libros Aphoriſmorum *Hippocratis.*
4. Diſpenſatorium *Nicolai.*
5. Summæ Mri. *Walteri* de *Agelon* de *Doſibus Medicamentorum.*
6. *Praxis Medicinæ* Anonymi *in French*
7. *Macer* de *Virtutibus* Herbarum.
8. *Euax* Rex *Arabum* de *Lapidibus.*
9. *Liber* Graduum *Medicinæ.*
10. Anonymus de *Medicinâ*
11. Liber *Serapionis* de *Simplicibus.*
12. *Conſtantini* Monachi *Theorica,*
13. ——— *Practica.*

Manu-

Manuſcripta Rhetorica.

1. INvectivarum *Ciceronis* contra *Catelinam*; Libri tres.
2. Epiſtola *Saluſtii* ad Ciceronem.
3. Reſponſio *Ciceronis* ad Epiſtolam *Saluſtii*.

Manuſcripta Miſcellanea.

1. LEtters to K. *James* VI. from his *Queen*, and *Children*.
2. *Letters* to K. *James* VI. from ſome *Learned Men*.
3. *Ancient* Records *of* Donations *to* Religious Houſes. 2 *Voll*,
4. *Rentale* Epiſcopatûs *Moravienſis*.

Magnâ etiam *Induſtriâ* & multis *Sumptibus*, Bibliothecam ſelectiſſimis, in unâquaque Facultate *Libris* refertam inſtruxit; præſertim autem iis quæ *Hiſtoriam* noſtram, *Rem Antiquariam*, aut *Heraldicam*, illuſtrarunt: *Scoticam* enim *Hiſtoriam* ſibi excolendam propoſuit, et quæcunque poterat, ſubſidia, in hunc uſum, comparabat; ut etiam ea res ſibi

ſibi fœlicius procederet, Commercium literarum inijt cum ſummis ſui Temporis Viris, qui in Hiſtoriâ *Scribendâ*, aut *Illuſtrandâ* claruere; Domino *Roberto Maule*, D. *Henrico Maule* de *Melgum*, D.*Davide Buchanano*, D. *Roberto Gordonio* de *Straloügh*, Equite. D. *Rogero Dodſworth*, et D. *Gulielmo Dugdale*, D. *Gulielmo Drummondo* de *Hawthornden*; Quem ob cultiſſimi Ingenij Dotes, amore ſuo digniſſimum cenſuit, et per totam Vitam arctiſſimâ Neceſſitudine et Benevolentiâ, complexus eſt. Cum etiam Lumen *Rebus* noſtris ſpiſſâ Caligine involutis, melius detegendis, illuſtrandisquè ab antiquis Nummís, Annulis, Monilibus, Armillis, Sigillis, cæteriſque priſci Ævi Reliquijs, affundi ſolere cuivis eſſet compertum; prætioſam hanc Supellectilem antiquam, tanquam novam Bibliothecæ Appendicem in Loculis reponendam, ſedulò conquiſivit; cum etiam ex Hiſtorijs conſtaret, *Romanos* huic Boreali *Britanniæ* parti, quæ nunc Regnum *Scotiæ* complectitur, diù inſediſſe et ad Majores noſtros *Scotos Pictóſque* à Provincialibus ſuis arcendos *Prætenturas* & multa *Caſtra*, variis in Locis poſuiſſe, & nonnulla *Ædificia* cum *Lapidibus* inſcriptis reliquiſſe; in Iis etiam inveſtigandis diligens fuit, & quaſdam

ejuſmodi

ejusmodi *Inscriptiones*, in *Adversariis* notavit.
Maximè autem conatus est ea, quæ in *Historicis* nostris desiderantur, supplere; Accuratè igitur *Nomina* propria, *Dignitates* et *Officia* Eorum qui rebus gestis claruere, et Tempus quo res singulæ gestæ ex *Manuscriptis* annotavit; Nec ullas Res omisit quæ alicujus Momenti essent, quamvis eas, non plenâ et continuatâ Oratione sed sparsim per Paragraphos, traderet; Operaq; sua, eam ob Rem, *Annales*, non *Historiam*, inscripsit, et pleraque, revera, Collectanea sunt, pro Historiâ scribendâ. Illi enim propositum erat, omissa addere, et obscuriùs traditis Lucem fœnerari, potiùs quam plenam & integram Rerum nostrarum Historiam exhibere. Pio etiam clarissimorum Virorum Memorias, ab Oblivione & Interitu, vindicandi Desiderio incensus, Itineribus, per varias *Scotiæ* Provincias susceptis, inibique *Ecclesiis* Cathedralibus, & si quæ essent Notæ celebrioris, Parochialibus, etiam lustratis, *Sepulchra*, *Monumentá*que cætera diligenter exploravit, *Epitaphia* exscripturus. Et *Libellum* de *Epitaphiis*, & *Inscriptionibus*, à se collectis scripsit.
Rogatu etiam clarissimi Viri D. D. *Johannis Scoti Scoto-Tarvatii*, Descriptionem

F *Regni*,

Regni hujus Geographicam non parùm illuſtravit.

Univerſum enim Regnum (quod Nemo ante eum alius) ingenioſus admodùm Juvenis *Timotheus Pont* Pedibus peragravit et Inſulas etiam omnes,(ab Incolis,qui diſſonâ Linguâ utuntur cultas.) vidit, adijt, et ſingularum Regionum et Inſularum *Mappas* et *Deſcriptiones* confecit ; Has dum ad Editionem parabat,Eum Mors immatura ſubtraxit.*Chartas* autem et *Mappas* Domino *Roberto Gordonio* de *Stralogh*, corrigendas, et ſupplendas ubi deficiebant, D. *Scoto-Tarvatus* tradiderat ; quas ille in Multis correxit, in quibuſdam etiam ſupplevit, et etiam novas quarundam Regionum *Tabulas* et *Chorographias* adjecit. *Jacobus* quoque noſter, *Fifenſis* Provinciæ, in quâ natus fuit, quamq; omnem peragraverat accuratam Deſcriptionem ſcripſit,notatis ubi occurrebant *Antiquis Monumentis*, et *Clararum* etiam *Familiarum Genealogijs*; Imò totius *Regni* Deſcriptionem, Linguâ Vernaculâ aggreſſus eſt, et in *Adverſarijs*; multa de ſingulis *Provinciis* ejus notata reliquit; Quod adeo gratum fuit Domino *Bleau*, ut in *Scotiæ Theatro*, à ſe edito, Tabulam *Lornæ*,*Jacobo* noſtro dedicaret, appoſitis in eâdem Tabulâ *Inſignibus* ejus *Gentilitiis*. Ut

Ut autem *Spartam*, quam, per Officium *Leonis Regis Armorum*, nactus fuit, maximè ornaret, et *Rem Heraldicam* noſtram ad ſummum Faſtigium perduceret, non ſolùm *Acta Publica*, et Nobilium *Diplomata* ſummâ cum Curâ inſpexit, ſed et quid vetuſtiora *Ædificia*, *Templa*, & *Arces*, et *Palatia*, quid *Scuta*, quid *Lapides Sepulchrales* continerent, diligenter inquiſivit; Quâ autem *Curâ*, *Fide* ac *Judicio*, hoc propoſitum impleverit, teſtantur multa quæ reliquit *Manuſcripta*, de ejuſmodi *Rebus*, inter quæ in *Linguâ Vernaculâ* ſunt ab eo Scripta ſequentia.

---

1. A Treatiſe *of* Nobility.
2. *The* Deviſo's, Impreſa's *&* Motto's *of the* Kings *of* Scotland, *from K.* John Baliol, *to K.* James VI.
3. *A* Treatiſe *concerning* Burials *and* Interments, *with* a Collection *of the* Epitaphs *of our* Kings, Queens, Nobles, *and Famous* Men.
4. *A* Treatiſe *Containing the*, Criſts, *Devices*, *and* Motto's *of our* Scots Nobility.
5. *A* Treatiſe *de Jure Prelationis Nobilium Scotiæ*; *or ane* Memorial *of the* Patents *and*

Rights, *produced by sundry* Earls *and* Lords *before the* Commissioners, *Deput by the* Kings Majesty *anent the* Precedency *and* Priority *of* Dignities *amongst them, in* Parliament, *and* Council, *together with a short* Minut *of certain* Rights *extant in the* Registers, *concerning the samen, which were not produced before the saids* Lords *in* Anno 1606.

And diverse others above mentioned.

Cum etiam juvenesceret *Princeps Walliæ*, qui *Scotiæ* STUARTUS & SENESCHALLUS etiam appellatur, essétque Ejus Aula constituenda, sibi inquirendum censuit quantum Reddituum *Principes*, *Steuarti* et *Seneschalli Scotiæ Hæreditarii*, sive ex Regum *Indulto*, sive ex *Jure Municipali*, seu qualicumque *Modo*, ad sumptus faciendos, et numerosam *Familiam* alendam, sibi vendicaverint, et quæ Jura et Prærogativæ *Ipsis* ex ista fœlicissimâ nascendi sorte accreverint; et inter *Manuscripta* reliquit *unum*, cujus *titulus* est

The True Present State *of the* Principality *of* Scotland, *with the* Means, *how the same may be most conveniently Increased, and Augmented; with which is joyned, Ane* Survey, *and brief* Note *from the Publick* Registers *of the* Kingdom *of*

Certain

certain Infeftments *and* Confirmations *given to* Princes *of* Scotland, *and by them to their* Vafsals, *of diverſe* Baronies *and* Lands *of the* Principalitie, *ſince the* 15 year *of the* Reign *of* King Robert III. *Collected by him with great Pains.*

Quàm diligens autem fuerit in *Hiſtoriâ* noſtræ *Gentis* illuſtrandâ, oſtendunt varia quæ reliquit *Manuſcripta*, præter enim ingentem Numerum *Hiſtoricorum* impreſſorum, quos in ſuâ *Bibliothecâ* habuit, et præter *Manuſcripta* Hiſtorica memorata, quæcunque in *Regno*, eo vivo, extabant, quorum *Notitia* ad Eum delata eſt, vel Ipſe inſpexit, vel per aliosâſe delegatos inſpiciendaprocuravit, et ut *Breviaria* ex iis exſcriberentur ei curæ fuit. Quædam etiam integra deſcribenda, ut quod inſcribitur de *Prælio Avenniniano* vera Narratio 5to Nonas *Octobris*, Anno *Dom.* MDXCIV. Authore *Alexandro Machoreo* S. J. *Scoto.* Quin et ex *Monumentis* Hiſtoricis, quæ in *Angliâ* ſervantur Ipſe propriâ Manu varia excripſit, ut *Chronicon Melroſ-ſenſe*, aliaq; per alios deſcribenda curavit; Indicem etiam Manuſcriptorum quæ res Scoticas ſpectent contexuit. Pro *Apparatu* autem eorum quæ de *Hiſtoriâ* noſtrâ ſcripſit, Res Maximi momenti, ex Hiſtoricis tàm

impreſſis

impreſſis quàm *Manuſcriptis* excripſit. Und
plura *Breviaria* habuit ex Libro *Sconano*, e
Cambuſ-Kenethenſi aliiſque, et ex *Johanni*
Majoris, *Hectoris Boethij*, *Jo. Leſlæi*, et *Bu-*
chanani Hiſtorijs extracta Quæ proprij
ſuis Locis ſecundùm Annorum ſeriem, i
Opere ſuo Chronologico, cùm majore, tùm
minore diſpoſuit, et in *Annalibus* ſuis; inſer-
tis etiam Rebus majoris Momenti, per Or
bem Geſtis.

Linguâ autem Vernaculâ, Hiſtorian
Regum noſtrorum, à *Ferguſio* I. ad *Carolum*
I. ſcripſit; brevem quidem, Res tamen qua
Notatu dignæ erant complectentem, vide
tur etiam cogitaſſe *Annales* Regum noſtro
rum fuſiores, inchoatos à *Jacobo* I. e
continuandos ad Initia Regni *Caroli* I
et quidem Annalibus *Jacobi* I. et II. ſum
mam *Manum* impoſuiſſe videtur; Addidit e
nim ijs Præfationem dedicatam *Ordinibus* Re
gni in *Parliamento* convocatis; In quâ refert ſ
ijs offerre breves *Annales* Regnorum et Vi
tarum *Jacobi* I & II optimorum Prin
cipum; in Quibus tanquam in Speculo cer
nere poſſint, rerum humanarum viciſſitu
dines, Potentiorum Caſus et Ruinas, V
tiorum Pœnas, et Virtutum Actuumqu
præclarorum Fomenta, et Præmia,

D

De futuro certè Confiliorum fui Tem-
oris Eventu,ex Præteritis, Judicium planè
rtum; Mente præfagâ, faciendum cen-
it; Oftendit autem quanta Mala fibi ac-
rfiverint Nobiles factiofi, Armis fpecie
ndicandæ Libertatis fumptis, et quomodo
i Principes optimam inierint rationem
eipubl. Adminiftrandæ juxta *Legum*, et
udentiæ ubi illæ defeciffent, *Normam*, at-
ie ita publicam Tranquillitatem reftitu-
ent, cum Res anteà turbidiffimæ fuif-
nt, et reliquum quod erat vitæ, omnibus
onoribus auctum tranfegerint, cum Po-
ili, qui fapientiffimi RegiminisFructum læ-
s perceperat, Admiratione et Applaufu.
Scripfit etiam *Memorias* feu *Collectanea*
ftorum *Jacobi* III. *Jacobi* IV. et *Jacobi*
. *Mariæ*, etiam Reginæ.
De *Jacobi* autem VI. Geftis fufiùs egit.
Memorias Geftorum à *Carolo* I. ad ejus
ortem ufque luctuofam perduxit; ut *Sub-
lia* autem & *Adminicula*, pro his confici-
ndis, fequentes *Tractatus* habuit.

The Diurnal *Of the 2d* Parliament *of K.* Charles, *From the 15 day of* July, 1641. *to the* 17 *of* November 1641. *holden at* Edinburgh, *the* Kings Majefty *being prefent.*

2. *A perfect* Diurnal Of *the first Session of the* 3*d.* Parliament Regn. Caroli, *holden at* Edinburgh, *begun the* 4. *of* June 1644.
3. *Some brief* Memorials *and* Passages *of* Church *and* State *for the years* 1639, 1640, *and* 1641.

Scripsit etiam *Memorias* quæ sequuntur

Some short Memorials *and* Passages, *of the* year MDCXLIX. *And of the second* Triennial Parliament, *begun, and holden at* Edinburgh, *January* 4. *that* year, *till the* 5. *of* July, 1650.

Short Memoirs *and* Passages *of* State *fra the* 5 *of* July MDCL. *to the* 26 *of* November *that* year.

Short Memoirs *and* Passages *of* State *fra the* 26. *of* November MDCL. *to the* 13 *of* March, MDCLI.

Short Memoirs *and* Passages *of* State, *fra the* 13. *of* March, MDCLI. *To the first of* January, MDCLIII.

Short Memoirs *and* Remarkable Passages *for the* Years, 1653. *and* 1654.

The Annals *of* Scotland 2. Vol.

The first Volumn, *containeth the Remarkable* Occurances *from the* beginning *of the* Reign

Reign *of* King Malcolm III. *to the* death *of* King James VI.

The 2d. Volumn *containeth the memorable* Affairs *from the* beginning *of the* Reign *of K.* Charles I. *to the* 41. Year *of* GOD.

An Account *of the* Officers *of* State, 2. Vol.

The first Vol. *containeth the* Chancellors *of* Scotland, *from* K. Malcolm III. *to the* 16 year *of* K. Charles I.

The Thesaurers, *from* K. James I. *to the* end *of the* Reign *of* K. Charles.

The Deputy Thesaurers, *since the first* Institution *of that* Office *by* K. James VI.

The Secretaries *of* State *from* K. James I: *ad* annum 16. Caroli I.

Privy Seals *from* K. James I. ad 16 Car I.

Clerk Registers *and* Custodes Rotulorum *from* K. James I. ad 16. Car. I.

Comptrollers *from* K. James I. *till past the* Middle *of the* Reign *of* K. James VI.

Kings Advocats *from* K. James V. *ad* annum 16 Car. I.

Justice Clerks *from* K. Robert III. *ad* 16. Car I.

Directors *of the* Chancery à 2*do* Jacobi I. ad 16. Car. I.

The second Volumn *containeth the* Catalogue

of all the great Conſtables *of* Scotland *ſince the* 4th year *of K.* Malcom III.

The Catalogue *of all the great* Mariſchals *of* Scotland, *ſince the* firſt *of the* Reign *of K. David* I. *to the* year 1643.

All the Great Chamberlains *of* Scotland, *ſince the* firſt *of* K. David I. *to the* year, 1643.

All the Lords Chief Juſtices, *or* Great Juſticiars *ſince the* firſt *of K.* Malcolm III.

Ane Account *of the* Monaſtery's, Abbays, Priory's, *and* Religious Houſes *in* Scotland, *of their* Orders *and* Founders.

Operis Chronologici Tomus Prior, *Rerum* per Univerſum *Orbem* geſtarum *Seriem*, brevémquè ab *anno* 330. ante *Salvatoris* noſtri D. *Jeſu Christi*, Adventum ad *annum* uſque 1567, complectens Narrationem; *Auctore* Jacobo Balfourio *Kynardio* Milite *Leone Armorum*, in *Regno* Scotiæ, *Rege*

Geographical *and* Hiſtorical Remarks, *upon the ſeveral* Counties, *and* Shires, *and upon the* Iſles, *belonging to* Scotland, *with an* Account *of the* Floods, *and of the* Rocks, Dangers, Sheeves, *and* Sands, *of the* Roads, Creeks, *and* Bays *round about the* Realm *of* Scotland.

A Full Deſcription *of the* Shire *of* Fyfe.

A Liſt *of the* Biſhops *and* Arch-Biſhops *of* Saint

Saint Andrews, *fra the* Year 872. *till the* Death *of* Cardinal *Beaton.*

Historiam enim Naturalem illustravit. Scripsit enim de *Gemmis*; singularúmq; *Descriptiones*, *Nomina*, *Virtutes*, et *Qualitates Locáque*, ubi producuntur, Justo *Tractatu*, Ordine *Alphabetico* dispositio, enarravit, Linguâ *Vernacula.*

Fraudes etiam, seu ingeniosas Hominum *Inventiones* ad fingendos *Lapides* pretiosos, ex varijs *Autboribus* collegit, Linguaque Latinâ scripsit.

Amicos plurimos habuit; *Dominum* Georgium Hayum *Kinouliæ* Comitem, summum Regni *Cancellarium*; Virum in omni *Virtute* præcellentem. Nemo enim *Regem* interiore *Fide* coluit; aut *Patriam* ejusq; *Jura*, *Privilegia*, *Honorem*, *Commodumve*, Sinceriore *Affectu* prosecutus est; ejus enim *Animus* magis *Affectibus* liber, non *Auro*, non *Muneribus*, quibus plerique *Mortalium* succumbunt, erat corrumpendus, non *Blanditijs*, aut *Præstigijs*, à Proposito & Amore *Veri* ac *Recti*, dimovendus.

Robertum Ayton, Equitem Auratum, *Annæ* Reginæ ab *Epistolis* nec-non *Concilijs*, et *Secretis*, Virum in *Poësi* clarum, & stili Arbitrum elegantem.

D. D. *Georgium* et *Davidem Sibbaldos*, Consanguineos suos: primum, *Medicinæ* Doctorem, Virum Eruditissimum; *Alterum* Magni *Sigilli*, sub *Comite Kinouliæ* Custodem, Virum humanissimum. D *Guilielmum Drummondum* de *Hawthornden*, Celebrem *Poëtam* et *Historiographum*; Quos illi conciliaverunt idem bonorum Literarum *Amor*, eadem Morum *Similitudo*, eadem Patriam *ornandi* et *adjuvandi*, collectis Literarijs monumentis, Voluntas & Cura.

Memoria

Memoria Balfouriana.

Pars Secunda.

De Rebus gestis à D. *Andreâ Balfourio M. D.* Equite Aurato; pro Re Literariâ, promovendâ.

DOMINUS *ANDREAS BALFOURIUS*, natus est in Prædio avito *Denmilliensi*, Anno DOMINI *Millesimo Sexcentesimo, Trigesimo*; die Mensis *Januarij* Decimo Octavo, et eodem Die, Nomine *Andreæ*, Christianorum *Albo* inscriptus fuit, in Ecclesiâ Parochiali de *Abdie* per *Magistrum* Andream Moravium, *Balvardiæ* Regulum, ibidem *Pastorem*; è *Scholis* inferioribus egressus, cum acri *Ingenio* studiísque *liberalium Artium* capiendis aptissimo

ſimo eſſet, *Andreapolin* miſſus eſt, ubi ſub Diſciplinâ Viri clariſſimi D. D. *ThomæGleggij*, *Medicinæ* poſteà *Doctoris*, *Poëtæ*que illuſtris Curſum *Philoſophicum*, fœliciter perfecit; editóque *Eruditionis* Specimine, *Magiſter* in *Artibus liberalibus* renunciatus eſt; Cum autem, ingenti Deſiderio *Botanices*, reliquæque *Hiſtoriæ naturalis* accenſus eſſet, *Medicam Artem* amplexus eſt, in cujus ſtudio priuſquam ad Ægros ſanandos ſe accingeret, in exteris Regionibus XV annos impendit, non ut Quidam, qui quamprimum *Neoterici* cujuſdam *Syſtema Medicum* percurrerint, Dogmatáquè quædam à receptâ Medicorum Sententiâ, aliena hauſerint, et *Empirica* quædam Remedia acquiſiverint, tanto *Faſtu* et *Arrogantiâ* tument, ut Univerſam *Artem*, *ſupercilio* ſuo, tanquam *Cœlum* Atlantis *Humeris*, inniti exiſtiment, et cum ipſis ſolis *ſapientiam* eſſe natam ſomnient, Reliquos verò *Homines* præ ſe *Blennos* et *Bardos*.

Errare atq; Viam Palanteis quærere Vitæ.

Alia certè Mens, *Balfourio* noſtro fuit, Is enim ſummi Viri, D. *Johannis Wedderburni*, Equitis Aurati, et *Medici* regij (qui *Londini*, Artem Medicam, multâ cum Laude exercebat) Conſilio uſus, Principes Medicos ſibi legendos

egendos ſtatuerat, atque *Medicinam* ex ipſ *Fontibus* eſſe hauriendam, *Veteribus* enim erlectis, facilis gradus ad *Recentiores* erat, antum autem aberat, ut Hos ſperneret, t quoſcunque didicerat *Artem*, ſcriptis uis promoviſſe ſibi perlegendos decreverit; Ios ut dignoſceret, Junior illuſtrium virrum conſilio, in Libris emendis, utebatur, Ætate autem provectior, Librorum per *Europam* editorum *Catalogos* evolvebat, eóſquè ui utiliores in *Praxi Medico* eſſent, comarabat, ſicque *Bibliothecam* bonis *Libris* inructiſſimam couſecutus eſt.

Academias celebriores frequentavit, in *Angliâ*, *Oxonienſem*; in *Galliâ Pariſienſem*, *Monpelienſem* et *Cadomenſem*; in *Italia*, *Patavinam*, ec obiter, in quibuſdam enim ex *his*, ultra *Annum* commoratus eſt: *Pariſiis* autem, per aultos annos hæſit, quòd ibi *Medicinam* ritè iſcendi, maxima Opportunitas eſſet, ſi vel ruditorum frequentiam, *Anatomicarum Sectinum* Copiam, *Noſocomiorum* Numerum, *Regium Hortum Plantis* inſtructiſſimum; *Methodum* denique *Medendi* ut *Simpliciſſimam* ta *Tutiſſimam* ſpectes. Florebant tunc magna illa Academiæ *Pariſienſis* Lumina, *Joannes Riolanus* Filius, *Renatus Moreau*, *Guenoius*, *de la Chambre*, *Guido Patinus*, cujus etiam

am filius *Carolus*, Rem *Nummariam* tunc egregiè excolebat. *Jonquetus* autem Rem *Botanicam* docebat: Nec ſatis fuit *Balfourio*, Curſum *Medicum*, qui in *Academiis* prælegitur, tenere, ſed & *Noſocomia* quotidie adibat & *Pharmacopœorum*, & *Chyrurgorum* Officinas; *Barleti* etiam celebris *Chymici*, *Ergaſterium*, ſeu *Laboratorium* (ut dicunt) frequentabat; & propter crebras, quæ illic habebantur *Corporum* Diſſectiones, apud *Gayant*, Chyrurgum celeberrimum, aliquandò diverſabatur, ubi Manum Operi admovere ſolebat. Sæpiùs etiam in *Agros* et *Loca* vicina excurrebat, ut *Plantas* ſponte naſcentes inſpiceret; ad *Medicinæ* quoquè *ſtudium*, adjunxit Notitiam Rerum antiquarum, et contractâ cum eruditis Viris *Familiaritate*, ad eorum *Bibliothecas* & *Cimeliarchia*, admiſſus eſt, et hic melioris Notæ Libros, hic *Rem* nummariam, et omnem *Supellectilem* antiquam, cognoſcere datum eſt; *Londini* etiam diù moratus eſt, quod ibi maximè vigeret praxis Medica, cùm *Antiquorum* tùm *Recentiorum*, ſcriptis innixa, eſſentquè illic illuſtres Viri, qui Medicinam non parùm excoluerant, *Harvæus*, de *Mayerne*, *Gliſſonius*, *Whartonus*, *Bateus*, *Scarbrughius*, et *Wedderburnus* noſtras, et *Charletonus*; ob ſtudium autem *Plantarum*

rum diù *Blæsis* degebat, ubi Amicitiam iniit, cum celebri Conterraneo nostro, *Morisono*, arctissimam; Quæ per utriusque *Vitam*, mutuis *literis*, variisque *Officiis*, culta fuit, ibi quoque contracta familiaritas cum D. *Merchant*, qui posteà Horti *Parisiensis* Custos fuit.

Circulum (ut vocant) *Galliæ* majorem, sæpiùs perfecit; Iter autem faciens, *Plantas* rariores, et *Animalia*, *Mineralia*, *Marináque*, occurrentia sedulò notabat; in *Peregrinatione* enim pensiculate ad minutissima quæque advertebat, nec *Rerum* ibi nascentium Indagatione contentus, quicquid prætereà ad situm *Loci*, *Antiquitates*, et *Populorum* mores spectaret, *Mente* et *Oculis* attentissimis, observabat, et in *Chartas* suas referebat; inter rariora autem observata, ea tantum notabo, quæ ad *Historiam Naturalem* pertinent, ut quod in Agro *Blæsensi*, in viciniâ Horrei *Cæsaris*, quod nunc *Orchaise* dicitur, in *Cryptâ* in Collis Latere effossa, notavit Genus *Terræ*, cujus vires *Terræ Sigillatæ* non absimiles creduntur.

In *Agro* etiam *Aurelianensi* observavit *Scaturiginem* Aquæ adeò copiosam, ut qui ab eo defluit *Rivus*, in ipso capite navigabilis sit.

In *Agro* verò *Turonensi*, antrum *Lithopæon*, in quo defluentes *Guttæ*, ſtatim *Lapideſcunt*.

In *Agro Salmurienſi*, *Latomiarum* meminit, ubi viſas à ſe dicit *Glòßopetras* quæ vulgò *Lingua Serpentum* vocantur. Fontes *Pougenſes*, *Aluminoſos* eſſe putat, obſervabat eos magnâ copiâ ebullire albeſcentes, quaſi *Farina* iis mixta fuiſſet.

Circa *Avenionem*, Campos *Croco* plenos notavit, et egregiè deſcripſit *Scaturiginem Vallis clauſæ* quæ *Vaucluſe* dicitur, non Aquarum exundantium *Copiâ*, magis quam *Petrarchæ* & *Lauræ* Amoribus celebratam.

Fructum autem *Licii Gallici*, *Dalechampii*, refert, *Avenionis Granum* apellari, et Tinctoribus vendi, pro luteo colore parando.

In *Agro Nemauſenſi*, notavit opus illùd mirandum Romanum, *Pontem gardium*, *Wardonis* (*cz*. ſeu *Guardonis Pontem*, triplici Serie fornicatum, quem quoque in *Itinerario* deſcripſit.

Toloſæ notavit miram *Terræ* Vim ad *Putredinem* à *Cadaveribus* arcendam, quæ ſub *Capellâ* Eccleſiæ reperitur.

In *Burdigalæ* Viciniâ, inveniri notat *Terræ Tubera*, quæ *Treſles* dicuntur, et à Suibus Odoratu detegi narrat. Ad Oppidum *Breuage*,

ge, Salinas obſervavit, et Artificium in *Sale* lic parando deſcribit.

In omnibus autem Locis *Plantas* rariores otavit, harúmquè *Chartis* glutinatarum, 'olumina quædam in *Muſæo* B. A L F O U R I- *N* O, in Academiâ *Edinburgenſi*, ſervan- ur.

Circulum autem hunc *Galliæ*, primò per- git, cum Nobili *Anglo* D. *Watkinſonpelior* ;*quite*; Cui *Peregrinationis* Comes adſcitus uit; & cum Eo in *Angliam* redux, aliquan- iſper in Comitatu *Eboracenſi*, in Ædibus jus manſit, deìn in *Galliam* rediit, ſéquè to- um *Studio Medico* dedit, ut qui nunc de Gradu *Doctoratûs* aſſumendo cogitaret, quem t adipiſceretur, poſteà *Cadomum* profectus ſt, ibique antegreſſis publicis *Diſputati i- us*, de *Venæ* ſectione in *Dyſenteriâ* cele- brandâ, et privatis *Examinibus* à ſingulis Pro- eſſoribus, per *Statuta* imperatis, *Baccalau- atûs* primum, deinde *Licentiatûs* gradum onſecutus eſt, demùm verò *Præſide*, ac *Lau- eante* Nobili *Viro*, Magiſtro *Stephano Catha- neſio*, Medicinæ *ProfeſſoreOrdinario*, in Aca- lemiâ *Cadomenſi*, in Medicinâ *Doctoratûs* ſum- num gradum eſt adeptus, *Cadomi*, Anno *Domini* 1661. die *Septembris* 20.

Gradu *Doctoratûs* assumpto, mox in *Angliam* reversus est, ibiquè parùm moratus est, tum enim à Serenissimo Rege *Carolo* II. optimæ Memoriæ, *Gubernator* datus est Comiti *Rossensi*, egregiæ Spei Juveni, qui *Studia* & *Mores* ejus regeret; Quo *Munere* functus est per quadriennium, partìm in *Galliâ*, partìm in *Italiâ*, per aliquod etiam Tempus in *Angliâ* cum eo reduce mansit; Quo in *Honore* fuerit apud illustrissimum *Comitem*, et quàm optimè de eo meritus fuerit, videre est ex *Testimonio* quod moriturus protulit de Ipso, *Comes* Ipse, referente celeberrimo Episcopo *Sarisburiensi*, in vitâ *Comitis* à se scriptâ.

Cum illustrissimo *Comite* circulum *Galliæ* & *Italiæ* perfecit; in *Italiæ* autem circulo peragendo, varia etiam ad *Historiam Naturalem* spectantia, observavit.

Mediolani invisit *Manfredum Septalium*, clarissimi viri *Ludovici Septalij* Filium, ejúsque *Musæum* accuratè inspexit; Et in *Mediolani* Viciniâ notavit, quod *Echo* esset quæ *Vocem* repetit per quadraginta *Vices*.

Florentiæ maximè notavit *Tabulam Achatinam*, *Civitatem Ligurnum* ad *vivum* referentem quæ concinnata est ex varijs *Particulis* Marmoris *versicoloris*, ita affabre compactis ut unum crederes *Lapidem*, ibi enim, *Portus*, *Præsidia*, & *Turres* exprimuntur, aliáque

que mira obſervavit, novo *Muſivo* Opere elaborata;

Differentiam, inter *Novum* & *Vetus*, ita explicat, quod vetus *ſcz. Muſivum* Opus ex quadrangularibus *partibus* conſtaret, in hoc autem novo, *partes componentes* differentibus *figuris* conſtant, prout *Colores Rei* repræſentandæ depoſcunt, ut *Ceraſi* Corpus, *Lapide* rubro rotundo repreſentatur, ſed *Pediculus* ejus, neceſſe eſt alterius figuræ ſit. Semper autem *Figura*, cùm quoad *Partes*, tùm quoad *Colores* ejus eleganti ſſimè completur, nativis variorum *Lapidum* coloribus, in Unum compactis, *Luce* & *Umbrâ* ita diſtributis, ut in *Naturâ* imitandâ, pictorum ferè *artem* æquet.

Meminit etiam duorum *Lapidum*, in *Florentiæ* Viciniâ, repertorum, quorum unus *Oppida* et adjacentes *Agros*; alter albidior *Arbores* & *Sylvas*, nigris ſuis *Lineis* naturaliter repræſentat.

Piſis obſervavit *Turrem* illam *Pyramidalem* quæ *nutare* videtur, nec de *Induſtriâ* ita ab *Architecto* conſtructam putat, ſed cedente *Solo*, paulatìm in *Latus* inclinaſſe; Quod ut credat, perſuaſus eſt hoc Argumento, quod cum ex omni *Latere* multa *Serie* parvarum *Columnarum* circundetur, quâ inclinat, infima *Series*, ſupra mediam partem in Terram depreſſa ſit, cum ex oppoſitâ parte integræ columnæ extent conſpiciendæ.

Bononiæ

Bononiæ inviserat D. *Zanoni*, qui plurimas Ei *Tabulas* æneas *Plantis* incisas ostendit, quæ diu post Ejus reditum in Patriam, in *Lucem*, demum editæ fuere.

Venetijs visitavit Fratrem *Antonii Donati* qui *Librum* ediderat cui Titulus *Trattato de semplici Pietre et Pesci Marini, che Nascono del lito di Vinetia.* Invenitq; *Antonium* reliquisse plurimas *Tabulas* Æneas *Plantarum* nondum Scriptarum, quarum ipse *descriptiones* confecerit, quæ aliud Volumen conficerent, *Balfourius* certè illas in ordinem redegit, multúmque expetebat ut in Lucem ederentur.

Patavii familiariter usus est Domino *Torre*, professore *Botanico*; *Hortum* autem *Medicum*, magis propter *Plantarum Raritatem*, quam *Numerum* commendabat; ibi quoque usus est consuetudine Domini *Cadenedi* Conterranei sui, Qui *Logicam* publicè prælegebat et editis Scriptis celebris est.

In *Agro Vicetino* observavit *Gustose*, Dispensationem *Venti* è *Crypta* ad *Domus*, per *Canales* ac *Tubulos*, eâ arte dispositos, ut pro *Dispensatoris* Arbitrio, refrigeret: In eâ autem *Cryptâ* observavit Aquam è summitate ejus distillantem, *Ligna* et *Stramina*, per aliquod tempus in eâ deposita petrefacere, quamvis ipsa aqua non congelaretur.

Romæ diù hæsit ibique *Leonem Alatium* a-

micum

icum expertus est, cujus Nomine inter
octos *majus, celebriusque* nullum erat, ejus
perâ facilis fuit *Balfourio* ad Bibliothecam
aticanam accessus; Erat enim is Ei Præfectus,
nter multa autem *Manuscripta* ibi visa,
udare solebat *Balfourius* præcipuè *Dioscori-*
is exemplar in quo Icones *Plantarum* et *Ani-*
alium erant egregiè depictæ, ut et Veteris
atij Tabulam cum *Antiquis* et *Modernis* Lo-
orum *Nominibus*. Amicissimum quoque sen-
t conterraneum suum, D. *Gulielmum Les-*
um, qui tunc quidem Cardinali *Barberino*
Sacris erat. Is idem fuit qui postea Con-
entui de *propagandâ fide*, à *Secretis* erat, qui
onterraneis suis aliisque Curiosis, Rariora
Artis et *Naturæ* Opera, à *Missionarijs* per
Orbem sparsis detecta, liberè communicare
olebat, hujus *Viri* Memoriam *Balfourius* sem-
er cum *Laude* recolebat, multum etiam de-
ebat. *Officiis* Domini *Roberti Pendrich* Scoti.
Et ibi *amicitiam* inijt cum D. *Obadiâ Wal-*
ker, *Anglo*, rei Antiquariæ peritissimo, et
ditis de eâ *Scriptis* claro, Is *Balfourium* quo-
quo versum ad opera publica deduxit, et quæ
maximè notanda essent monstravit, *Famili-*
aritatem etiam contraxit cum D. *Waltero Pope*
M. D. *Historiæ* quoque Naturalis Scientissi-
mo, quæ Literis mutuis posteà excultafuit.

usus

Usus etiam est Consuetudine Patris *Barilier* Religiosi *Galli*, qui *Romæ* commorabatur, et tunc *Historiam Naturalem* scribebat, rerúmquè ejusmodi promptuarium habebat, qui etiam ei plurimas *Tabulas* delineatas ostendit. De hâc Historiâ *Balfourius* admodùm sollicitus erat, donec ex D. *Marchant* amico suo rescivit mortuum esse D. *Barilier*, nec reliquam esse *Spem* ullam, ut hoc opus in *Lucem* prodeat. Vehementi hic studio Universa Venerandæ Antiquitatis *Monumenta* pervestigavit, et eximiam rerum Antiquarum Peritiam acquisivit. Ex hominum etiam Indole Celeberrimorum *moribus* observatis, eorumque consortio, solidam *Sapientiam*, et potissimum vivendi genus reportavit: ut qui quâ erat *αγχινοια* præditus facilè nosceret, *quo mores* hominum propenderent, et quæ quemque *Voluptas* traheret, eique se adaptaret; nullibi autem se lætius egisse, quam *Romæ*, referebat.

In *Agro* etiam *Neapolitano* et *Puteolano* multa observabat, ut ad Latus *Aniani Lacûs* Naturalia *Hypocausta*, quæ à Sancto *Germano* Nomen habent (parvæ autem *Cellæ* sunt, in quibus è Solo calidi *Vapores* erumpunt qui *sudorem* provocant) et ad varios *Morbos* tollendos utilia censentur. Nec multum ab his

his diſtat *Crypta canis*, quæ vulgo *Grotta de i cani* dicitur, ex collis Latere exciſa, cujus *caverna*, vix duos aut tres homines ſtantes admittat; Solum ejus ut plurimum, humidius eſt et lutulentum, è quo *Vapor* venenatus inſtar *fumi* exhalat, ſed qui non aſcendit ſupra pedem à *Solo*. Si accenſam tædam opponas ei, ſtatim extinguitur, ac ſi *Pulvere Tormentario* difflaretur et diſpergeretur. Impoſito autem huic *Vapori* Nare *Canis*, ſtatim *Canis* crebro ſpirare cernitur, et *momento* temporis quaſi ſuffocatur: ſi diutius detineatur in *Cavernâ*, nec ab *aëre* libero inſpirato, neque Lacui injectus convaleſcet; ſed ſi proſtratum, quamprimùm in *Lacum* conjicias, ſtatim *Vitam* recuperat. Hunc *Vaporem* *Balfourius* ſimilis eſſe naturæ conjicit, cum *Vaporibus* venenatis, qui *Dampes* vulgò dicuntur, et aliquando in *Carbonum* fodinis apud nos occurrunt; ſed apud nos cito diſſipantur, hic verò (quòd mirúm) in Aëre etiam aperto perpetuò durant, quod tamen altius non emergat *Vapor*, Aëri aperto imputandum fortè eſt; refert autem *Balfourius* ex *canibus* quos adduxerat, unum convaluiſſe, quamvis in Lacum injectus non fuiſſet, *Paraliticum* tamen fuiſſe, nec partem Corporis poſteriorem per duas *horas* movere potuiſſe,

licet anteriori insistens, oblatraret; quod revivìscat ergó Aëri libero ascribendum censet, fatetur tamen *Canem* in Lacum injectum, melius et citius convaluisse; Arbitratur autem aliquid esse in hoc *Vapore*, quod *spiritus coagulet* et *figat* ita ut suos in corpore motus, peragere nequeant.

Campum quoque *Phlegræum*, *Sulfatara* dictum, describit: est autem *Planities ovalis Figura*, *Theatrum* representans, supra 1200 Pedes *Longa*, et mille *lata*, præcelsisque *montibus* circundata est, è quâ pluribus in locis exhalant veluti *Nubes Fumi*, odoris *Sulphurei*, cum *Impetu* et *Strepitu*, sursum in *Aërem* convolutæ, ex his spiraculis quædam tenuia sunt; Volupeque est, videre fumos rectâ *Lineâ* ascendentes, magnitudine *Baculi* arundinei, quandoque etiam sunt tenuiores; circa hæc autem Spiracula cernere licet *Flores* Sulphuris sublimatos, sed quorum *Usus* internus *Balfourio*, merito suspectus fuit, propter *mixturam* aliorum *Mineralium*, quibus inficiuntur; aliquem tamen Usum externum exhibere posse putavit: *Sulphuris* etiam *Spiritum*, per *Vitra* appropriata, ex *Spiraculis* istis magnâ *quantitate* colligi posse; observavit autem *Solum* ab *Equorum* Pedibus calcatum, ob *Cavitates* suppositas resonasse, ac

si

; ſuper ligneum *Pavimentum* equitarent. *Montes* autem Vicinos Vitriolo cæruleo, Sulphure, *Sale* Armoniaco, *Nitro*, *Alumine*que ciſsili abundare credit.

Obſervavit in *Lacu Lucrino* parum *Aquæ* fuiſſe, quod ejus magna ſpatia occupet Mons *novus* dictus ex imis terræ penetralibus excitus. Notavit quoque *Lacus Averni* Aerem non ita nſalubrem eſſe, ac olim fuerat, quod *Aves* n eo natantes viderit.

Ædes ibi quæ *Sibillæ* putantur, *Balnea* eſſe enſet, quod eandem Feneſtrarum *Seriem*, et adem pro Vaporibus *Spiracula* habeant, quæ *Baiis*, iu *Balneis* conſpiciuntur, et quod *quam* calidam in Iis invenerit, quæ in Manentibus in illis per aliquod tempus, *Sudorem* multum excitet.

In Portu *Puteolano* veſtigia *molis P eolanæ* conſpexit, *Pilas* ſcilicet numero duodecim, aut tredecim, inſtar *Turrium*, quæ *Fornicibus* connectuntur: Quam *Molis* formam præfert, quod ad *Navium* ſecuritatem ſufficiat, nec ita ſit obnoxia impetui Aquarum, ac ſi murus eſſet continuus.

Montem *Veſuvium* perluſtravit, ejuſque *Deſcriptionem* egregiam tradidit in *Itinerario.*

Phoſphorum Bononienſem et *Balnea Aponenſia*; denique tranſitum per *Alpes*, accuraté deſcribit.

I 2 Cum-

Cum autem poſt quindecim Annorum *Peregrinationem*, Studijs et Obſervationibus ſuis *Animum* (qui *finis Peregrinandi* eſt) ſatis excoluiſſet; obtinuerunt tandem ab eo *Amici* ut de ſede *domi* figendâ cogitaret, et Redux in urbe *Andreapolitanâ* primo praxi Medicæ ſe applicuit, ubi per aliquod *tempus* ſtudia ſua recoluit, et in *Plantas* indigenas inquirebat; *Sectiones* etiam *Corporum* oblatâ *occaſione* inſtituebat, et ibi in *Muliere* Gravidâ demortuâ *fœtum* Maſculum, quadrimenſtrem in *Tubâ Fallopij* obſervavit, quem de eâ extractum, in *Phiala* vini *Spiritu* repletâ integrum conſervavit, qui etiam in hunc uſque diem inter *Rariora Muſæi Balfouriani* oſtenditur. Sed cum *Angulus* ille minus commodum *Theatrum* eſſet in quo eximias animi *dotes* exereret, *Edinburgum* Regni *Scotici* Metropolin acceſſit, ſerióque ſe ibi, praxi *Medicæ* dedit, ſed cúm non ſolum ſua ſed et Patriæ ſuæ *commoda*, ſibi conſectanda proponeret, et *Naturalem Hiſtoriam* promovere, *Arteſque* quæ ad Patriæ cum *Ornamentum* tùm *commodum* facerent, introducere et excolere ſagateret, ſtatim ad media ea ſe accingit gnaviter quibus hæc efficerentur.

Bibliothecam inſtructiſſimam apparaverat. Tunc rerum etiam omnium exquiſitarum

prom-

promptuarium seu *musæum* instruxit, et *Tapetum* loco id ornavit *Iconibus* illustrium *Virorum* qui *scriptis* aut *inventis* suis *Literas* maximè instauraverant, a perito *Pictore* elaboratis, quas de *Italiâ* secum detulerat: ibi enim conspiciuntur imagines; *Jo. Pici Mirandulæ* Principis, *Petrarchæ* et *Lauræ*, *Columbi* novi *Orbis* repertoris, *Joviani Pontani*, *Fulvij Ursini*, *Thomæ Aquinatis*, *Jo. Duns* Scoti, *Raphaelis Volaterani*, *Ambrosij Calepini*, *Angeli Politiani*, *Ludovici Vivis*, *Caroli Sigonij*, *Jo. Baptistæ Portæ*, *Nicolai Fabrii Pericij*, *Galilæi Galilæi*, *Leonis Allatij*, *Dionysii Petavii*, et aliorum; et quoniam ex *Numismatibus* cognoscere datur, qualis fuerit *Vultus*, *habitusque* clarorum *Virorum Fœminarumque* illustrium, quorum nos actiones auditæ delectant, quâ *formâ* fuerint Ethnicorum *Dii Deæque* et *Heroes* Prisci, cujusmodi fuerint *Ornamenta* sive *Instrumenta Religionum*, *Bellorum*, *Magistratuum*, avidé congerere occepit, quotquot antiquos potuit *Nummos*, eaque recentiora *Numismata*, quæ *Medaliones* vocantur.

Studiosissimus etiam fuit habendorum *Autographorum*, præsertim ineditorum, quæ obtineri ab *Authoribus* eorumve *Hæredibus* possent. Ego quædam enumerabo, ut posteri videant quam *curam* adhibuerit, ut *Doctorum* Virorum *Opera* conservarentur; ex his fuere

1. *Me-*

1. *Methodus Medendi Generalis* Domini *de Lopez*, celebris *Medici.*
2. *Joachimi Hisbergh* Tyrocinium Chymicum.
3. Summarium *Medicinæ* ex *Fernelio* et alijs *Authoribus*, per *Anonymum.*
4. *Tractatus* de *Morbis Internis* et *Externis.*
5. *Varandæus* de *Indicationibus.*
6. *Georgij Ruthven* celebris *practici* Miſcellaneorum *Medicorum* 2 *Vol.*
7. *Iatrochymica* Synopſis *D. Raij* Medici *Edinburgenſis.*
8. *Tractatus Anatomicus* ex *Laurentio.*
9. *Methodus medendi* Anonymi.
10. *Lectiones medicæ* 2 *Vol.*
11. Miſcellanea *medica.*
12. *Tractatus* de morbis *Cutaneis*
13. ——De *Pharmacis.*
14. D. *Jounquet* Demonſtratio *Plantarum* in Horto Regio *Pariſienſi.*
15. *Statuta* Collegij Medicorum *Londinenſium.*

Manuſcripta etiam Vetera varia comparavit: ex hiſce ſunt ſequentia.

1. Magiſtri *Orſonis* Liber *medicus.*
2. *Conſtantini* Viaticum.
3. Liber *Chimicus.*
4. Secreta medicinæ ad ordinem *Alphabeti.*
5. *Terentij Varronis* de *Linguâ Latinâ* libri 10.

6. Liber

Liber *Justini*, Abbreviatoris *Trogi Pompeij.*
Alexander Hunter on *Weights* and *Measures*.
Scholastique Theologie.
Ane Ecclesiastical Historie,
Some parts *of the* Bible *in* Latine.
Alani *Anticlaudianus,*
A M. S.--Poeme *In Ancient* English *Verse*.

Quædam etiam *Manuscripta* exscribi curavit, qualia sunt.
avidis Gregorij Lectiones *Opticæ* in Academia *Edinburgensi* habitæ.
omenclator Navalis, aliaq;.

Libros etiam quosdam ex *China*, alijsque *ndiæ* Orientalis Locis, *Tabulas* Geographi-s, Antiquorum Ædificiorum *Typos*, et Clarum Virorum *Effigies* ex Æneis Tabulis deleatas paravit, *Organa* quoque *Mathemati-*, *Microcospia*, *Instrumenta* etiam *Chyrurgica*, iæ singularis *Artificij* erant, *Artificia* Curiosa, iæ Ars Naturave ad ostentationem elaborint. Et ex his quæque suis *Capsis* includentur, loculisve condebantur ad eam altidinem extructis, ut in summis quæ maris molis erant, reponerentur: Rariora item à *Naturâ* producta ingens *Volumen* nficerent, si pro dignitate describerentur: go tantum Classes eorum recensebo.

1. *Classis*, ex ijs constat quæ è *Corpore* humano desumuntur.

2. A

2. *Animalia* complectitur *Quadrupeda, Volatilia, Reptilia, Natatilia*, insignèsque eorum partes *Dentes, Ungues, Caudas, Cornua, Ova.*
3. Ex *Mineralibus* et *Metallis* constituitur. Ex his sunt *Terræ, Salia, Sulphura, Lapides, Metalla.*
4. E *Mare* emergentia excipit: ejusmodi sunt *Corallia Alba, Rubra, Stellata, Articulata* et *Verrucosa*, &c.
5. *Vegetabilia* continet; *Plantas* scilicet *rariores, Ligna, Fructus, Gummi.*

In peculiari etiam *Scrinio* servatur *materia* Medica, ut taceam Variarum Gentium *Arma* et *Instrumenta* Bellica, *Ornamenta* et *Vestimenta* et *Instrumenta* domestica; *Libros* autem in unâquâque *facultate* selectissimos habuit, maximè autem qui *Medicinam* omnem tradunt cùm *Veteres* tùm *Recentiores*, et omnes ferè qui extabant qui *Historiam* Naturalem *Plantarum, Animalium, Mineralium* et *Marinorum* enarrant, rariores etiam qui de Mathematicis *disciplinis*, et *Philosophia* Experimentali agunt, *Historicos* et Rei antiquariæ Scriptores maximè celebres, *Libros* de quavis materiâ à *Scotis* Scriptos quorum Ingentem Numerum collegerat: *Humaniorum* Literarum *Scriptores* plærosque tam *Græcos* quam *Latinos*, meliorum editionum, inter quos tacere non

possum

possum, *Eustathij* in *Homerum* Commentarios, et *Plerosque* ex *Scholiastis* Græcis in Poëtas, ut Verbo dicam Librorum quos *Præstantia* et *Elegantia*, aut harum plærumquè Comes *raritas*, commendarent, paucos admodum in ejus *Bibliotheca* desiderares. Præter enim *Græcam* et *Latinam* Linguas, *Gallicam* etiam et *Italicam* optimè callebat, et Selectos in ijs *Linguis* Scriptos Libros comparaverat: Cum enim peregre ageret, quàm primum in *Urbem* aliquam adventasset, prima cura fuit *Bibliopolarum* Officinas adire, et Libros quovis pretio coemere, quos in Codicillos retulerat, à Doctis quos frequentabat, commendatos. Post Reditum verò in Patriam, ab Amicis, qui in exteris Regionibus degebant, de Libris nuper editis, monebatur: Librorum autem inventu difficilium plura paravit Exemplaria, ut Amicis donaret; Sanè cùm *Musæum* ejus inviseret illustrissimus *Lauderiæ* Dux, et antiquiores *Scholiastas* in *Poëtas Græcos* summopere commendaret, plurimos ex selectioribus Illi *Balfourius* Dono dedit: *Collegis* quoque eos sæpe donabat Libros, quos, ijs esse maximè utiles, cognosceret.

In *Bibliothecam* autem et *Cimeliarchium*, omnes Literarum elegantiorumq; Artium studiosos, benigne admittebat; suosq; *Thesauros*

ijs explicabat. Quos autem intelligebat ad Peregrinationes ſe parare, ijs Literas commendatitias ad Amicos ſuos in exteris Regionibus dabat; et, ſi Rerum naturalium curioſi eſſent, conſilium quomodo eas perquirerent, unà cum *Schemate* Rerum ejuſmodi per Claſſes ſuas diſtincto, impertiebat: Et hinc factum eſt, ut, quotannis fere, varia ad ipſum tranſmitterentur ex *Indiis*, aut ijs *Europæ* Locis quæ harum Rerum maximè feracia erant: Commercium enim Literarium de hiſce Rebus, cum Amicis, in varijs Regionibus, habebat; inter quos maximè eminebant D. *Moriſonus*, profeſſor *Botanicus* in *Academia Oxonienſi*; Dominus *Mill*, M. D. ſuis per *Europam* ferè omnem, Peregrinationibus celebris; D. *Marchant*, in Horto Regio *Pariſienſi*, rariorum Plantarum culturæ Præfectus; D. *Walterus Pope*, M. D. Cum hi ſæpius rariorum Plantarum Semina ad *Balfourium* tranſmitterent, ut experiretur quid *Edinburgi* præſtari poſſit, in Horto Ædibus ſuis adjuncto quædam ex his ſerenda curavit, atque plurimas ex ijs rariores Plantas, Curioſis conſpiciendas, exhibuit: *Marum Syriacum*, *Scammoneum Monſpeliacum*, *Centum grana Cæſalpini* nomino, quòd ea tunc primùm hic conſpecta ſint.

Circ

Circa id Tempus, procurante R. *Sibbaldo*
. D. *Collegâ*, Amicitiam contraxit Arctissi-
am, cum illustri Viro D. *Patricio Moravio*,
rone de *Livistone*, Rei *Botanicæ* studiosis-
no, quæ multis postea Officijs exculta fuit,
Eo enim tanquam Sui Exemplar intueba-
; erat quippe Nobilis Ille Vir magno De-
erio benefaciendi, et bonas Artes, ac im-
imis Naturalem Historiam promovendi
imatus; Hortumq; in suo Prædio supra
ilePlantis instruxerat:multum etiamOperæ
penderat, in Rebus admirandis disqui-
ndis, quæ ab Arte vel Naturâ proficisce-
ntur; ut mirum non sit quod ex Studiorum
nilitudine, summa inter eos coaluerit fa-
liaritas; Cum autem quotquot rariores
ent Plantæ *Levistonii* et in Horto *Ciphiano*
mmunicarent, D. *Moravius*, et D. *Sibbal-*
, Consilio inito cum ijs ex *Collegis* qui Rem
anicam promotam cupiebant,de Horto Me-
co *Edinburgi* instruendo et adornando,cogi-
e cœpit; præsertim cum suam operam in
antis colendis offerret D. *Jacobus Suther-*
dius, Rei herbariæ et (quod *Balfourio* eum
n parùm commendabat) nummariæ quo-
e scientissimus: De Plantis in Hortum
nsplantandis facilè conventum est, quot-
ot enim *Levistonii*, et in Horto *Ciphiano*

erant, in Hortum *Edinburgensem* translatæ fuere: Amici etiam exteri Suppetias quotannis mittebant: D. etiam *Moravius* Baro de *Livistone* qui tunc in *Galliis* degebat, plurima semina mittebat; is enim *Galliam* universam, in Plantarum Scrutinio, peragravit; Febre demum correptus *Avenioni* moritur, annos circiter 43. natus; magno Rei literariæ Detrimento, erat enim ad Artes promovendas â Natura factus, et annuos Reditus, quos opulentos habebat, in eam Rem impendebat: mortem ejus ægerrime tulit *Balfourius*, ejusq; Rogatu D. *Jacobus Metellanus*, insignis Poëta, hoc de illo *Epitaphium* scripsit.

Heu! quid, Docte, juvat peregrinas visere Terras,
Moravi? Nulli parcens Mors instat ubique.
Vel quid Plantarum Species, vel Nomina, Vires
Quid prodest novisse? datur Medicamen in Herbis
Contra Vim Fati, nullum: laudabile, Mentem
Est coluisse tamen; manifestas reddere, pulchrum,
Occultas Naturæ Artes: magnis sic excidis Ausis.
Hoc Solamen habes Studij, Requiemque Laborum,
Quos sumpsisse prius placuit, dum Vita manebat.

Jacobus Metellanus. *Vale*

Expensas necessarias suppetitabant primùm *Balfourius* et *Sibbaldus*, et nonnulli ex *Collegis*, et Nobiles etiam Quidam; et Facultas juridica Largitiones insignes in Horti usum concedebat: De Stipendio annuo constituendo

difficulta

difficultas exorta eſt, quod aliqui, qui tunc plurimùm in Urbe poterant, ſe huic Inſtituto acriter opponerent; Prudentiâ tamen et Diligentiâ *Balfourii*, hoc obſtaculum ſublatum eſt, et qui maximè ab Horto inſtruendo alieni fuerant, ſuffragia dedere in Stipendio, ex *Academiæ Edinburgenſis* reditibus, decernendo: A *Balfourio* quoq; procuratum eſt ut in ſumptus Horti neceſſarios cùm Fiſcus Regius, tùm celeberrima juridicorum Facultas, tùm Nobiles quidam, tùm ex Medicis *Edinburgenſibus* Varij, Nummos conferrent et erogarent.

Senatus etiam *Edinburgenſis*, interpoſito Decreto, Hortum *Gerontotrophio* (quod á Sacroſanctâ Trinitate Nomen habet) adjacentem, ad annos novemdecim, D. *Southerlandio*, elocavit, nec defiit poſtea Senatus Urbanus ea concedere quæ ad Horti Uſum et Ornamentum facerent.

Primas certe partes habuit *Balfourius* in Pecuniâ ad ſumptus neceſſarios pro Horto procurandâ; imò Ipſe liberaliter etiam, per plures Annos, nummos largiebatur ad eum ornandum, et poſtquam Amicos ſuos exteros certiores feciſſet Hortum, jam erectum eſſe, certatim D. *Moriſonus* et D. *Marchant*; et celeberrimus etiam D. *Hermannus*, *Botanicus*, *Lugduno Batavus*; et D. *Wats* Horti

Pharma-

Pharmacopæorum Londinensium Præfectus, Aliiq;, Semina Plantasq; impertiti sunt; præsertim postquam ad *Balfourium* nostrum transmissa fuere à Conterraneo suo D. *Spotswode*, Præsidij *Tingitani* Chirurgo, Amico suo, Semina multa *Tingitana*: inter quæ quædam erant à Nemine ad eum Diem scripta, et tunc primum in *Europam* delata: cum enim læte in Horto medico *Edinburgensi* provenissent, quarundam ex hisce Plantis Amicos participes fecit, ut et rariorum quarundam Plantarum ex Agris in Hortum translatarum.

Et ut alios taceam, extat, D. *Marchant* Epistola, in qua rogat *Balfourium*, ut transmittendas ad Hortum Regium *Parisiensem*, de *Edinburgensi*, curet, quinquaginta Plantas: quas ipse quidem D. *Marchant* cum multo fænore rependebat. Et nunc quidem, qua Indigenis allatis, qua ex Regionibus exteris, deportatis Plantis, ita insigniter auctus est Hortus *Edinburgensis*, ut ejus PlantarumCatalogus à *Sutherlandio* editus sit,Plantas circiterbis Mille continens, qui nunc per universam *Europam* celebris est.

Nec remissior fuit *Balfourius* in disponendis Plantis, quàm in augendis fuerat diligens, ejus enim Hortatu in Angulum *Horti* Orientalem

entalem translatæ sunt Plantæ, quæ Usûs medici sunt; atque ibidem in Gratiam discentium Ordine Alphabetico dispositæ, reliquæ vero perHortum,primùm juxtaOrdinem à *Casparo Bauhino* in *Pinace* observatum, per Classes suas plantatæ, ac accuratiore postea methodo digestæ à D. *Sutherlandio* fuere.

In hâc Narratione de Horto, si modum egressus videar, dabis, Lector benevole, veniam; cùm quòd hoc multum ad Laudem *Balfourii* faciat, qui Fundator et Conservator Horti fuerat, túm quod Hortus hicce insigne Urbis *Edinburgenæ* Ornamentum sit, egregiosq; Usus, Medicinæ, Chirurgiæ et Pharmaciæ Studiosis, præstet.

Non diu post Horti Medici Erectionem, D. *Morisonus* novam methodum suam, Plantas per Semina et Vascula Seminalia in varias Classes distribuendi proposuit, et quoniam multum pecuniæ in ejus impressionem erat impendendum, *Balfourio* nostro ad subscriptiones in *Scotia* procurandas proxenetâ usus est, quod munus illi alacriter aggressus est;adscitis etiam in Auxilium quibusdam ex *Collegis* suis,tùm propter veterem cum *Morisono* consuetudinem, tùm quod multum Commodi inde Reipublicæ Medicæ accessurum prospiceret, effecitque ut plurimi Chirographis

phis appositis, Se Pecuniam largituros spon-derent.

Certè talis Methodus inter Medicinæ desiderata erat, quod Veteres qui de Plantis scripsere, eas tantum Comparatione foliorum ad alias describerent, ut quod essent folijs Boraginis, Plantaginis et similium, undè factum,ut cùm hæ cùm quibus alias componebant, non describerentur ab ijs, quod Vulgo notæ essent, etiam eæ Plantæ, quas per similitudinem cum his explicare voluerunt, incertæ aut planè ignotæ manserint; multæque hodie de Plantis Veterum restant controversiæ. Nec aliud suppetit huic malo Remedium, nisi ut per Semina et Vascula Seminalia, in posterum distinguantur;et hoc quidem ipsius Naturæ institutum videtur, cum in Fructuum et Seminum gratiam, varias in Plantis partes, et Organa effinxerit,ex quarum similitudine aut dissimilitudine, varia Plantarum Genera, propriæque Classes adornari poterint. Quem optimum Plantas distinguendi modum ex Recentioribus primus *Andreas Cæsalpinus* aggressus est, et post eum *Linceus* ille *Fabius Columna* et *Conradus Gesnerus*, sed hos longè prætergressus est celeberrimus noster *Morisonus*, qui per omnes ferè Plantas, Methodum istam pro-

secutus

ſecutus eſt. Quæ methodus magnum in Plantis addiſcendis compendium, et ſummam facilitatem adfert. Cognito enim, per notas illas Characteriſticas, quovis Plantarum Genere, facilè omnes ejus Generis ſpecies dignoſci poſſunt.

Nec in Plantarum ſtudio excolendo tantum diligens fuit *Balfourius*, ſed in reliquâ Naturali Hiſtoriâ promovendâ, cum enim perſuaſum haberet, Hiſtoriæ Naturalis notitiam neceſſariam eſſe ei, qui fœlicibus Auſpicijs Medicinam exercere vellet, omnibus viribus illam, tûm ſibi túm alijs, acquirendam cenſuit; multæ namque occaſiones ſuboriuntur, in quibus non adſunt Medicamenta exotica, Officinaliáque; ne ergo Æger ſine remedio deſtituatur, probum certè Medicum decet ea ſcire, quæ in uſu eſſe poſſint in morbis, in quibus præſentaneis opus eſt remedijs: ſed ea difficulter in hoc caſu parari poſſunt, niſi quis Hiſtoriæ Naturalis peritus ſit, et ubicunque eſſe contigerit, ea noverit quæ morbo expellendo paria ſint. Et fatendum quidem eſt eam eſſe Divinam Bonitatem quæ ſingulis ferè Regionibus propria pro morbis in eâ graſſantibus remedia concedat, eam etiam eſſe Naturæ ſolertiam, quæ omnia ſummâ cum ſapientiâ in finem ali-

quem humano generi utilem produxerit; sed erui, rerum qualitates nequeunt sine diligenti investigatione; necesse ergo ut primo res ejusmodi contemplemur attentè, easquè conferamus cum Descriptionibus quæ apud Authores habentur; dein ex qualitatibus, quæ in sensus incurrunt, colligendum est, an eæ habere possint virtutes, et vires consimiles ijs quæ apud Authores referuntur. Opus ergo est, ut qui se bonum medicum præstare velit, universam, quantum licet, percurrat naturam rerum, et quos quæque res usus suppeditare possit, accuratæ rationis trutinâ examinet et perpendat.

Balfourius ut se in eo studio perficeret rariora *Musæa* eruditorum in *Galliâ* et *Italiâ* inviserat, et diligenter Classes rerum maximè Notabilium observaverat; ut alijs autem prodesse possit, *Cimeliarchium* ejusmodi rerum adornare cœpit, et primo quidem id instruxit ejusmodi rebus indigenis, hoc est in Patriâ repertis, dein addidit ea ex exoticis quæ in usus Medicos cedebant, aut alio modo hominibus utilia essent. Sed cum videret Naturam varietate gaudere, atque in vario ejus Artificio Divinam bonitatem, sapientiam et potentiam admodum elucere, nihil ejusmodi respuebat. Quod autem ad ea attinet, quæ in

in Patriâ reperta, cum quædam apud Hiſtoricos noſtros admirabilia de ijs prædicarentur, eorum inquiſitionem inſtituebat, miſſis ad eos Epiſtolis, qui ei hiſce de rebus maximè ſatisfacere poterant. Multis autem Argumentis eos excitare conatus eſt, ut ad res Naturales ubivis occurrentes attenderent, jucundum eſſe, humano etiam generi utile, ut ea in Lucem emittantur, obnixeque eos rogabat, ut accuratas de jis quæ occurrerent relationes ad ſe tranſmitterent: ut cum inter alia, mentio fiat apud Hiſtoricos *Inſulæ*, inter *Occidentales* noſtras, quæ à *Pigmæis* nomen habet, facto de jis Scrutinio, deprehendit, *oſſicula* ibi reperta, quæ ejus rei fidem facere viderentur, ad *Aves*, non ad *Homines* pertinere. Rogatu etiam Amicorum qui in exteris *Regionibus* degebant, diſquſitionem inſtituit de *Volucri* illa *Arborea*; quæ quibuſdam *Bernicla* dicitur, de cujus *Geneſi* quamvis ipſe dubitaret, tamen quoniam non ſolùm *Hiſtorici*, ſed et *Philoſophi*, et in omni *literaturâ* eruditi, eam *Sententiam* amplecterentur quæ, ex *Conchâ* dictâ *Anatiferâ*, eam formari vult, operam dedit, ut quid certum eâ de re proferre poſſit; tandemque, dum in Provinciâ *Fifenſi* ageret, incidit in *Lignum* in *Portum* quendam ibi delatum, cui innumeræ ejuſmodi

ejusmodi Conchæ appendebantur. Ex his quasdam statim *coquendas* curavit, ut melius conservarentur integræ et explicatæ, multas etiam in aquâ marina vivas *Edinburgum* detulit, quas *Historiæ Naturalis* curiosis exhibuit spectandas, factâ autem inspectione, cùm nudo *oculo*, tùm *Microcospio*, detexit *tubulum* illum sive *Truncum* per quem, Navis carinæ, Lignove fluctuanti adhæret, duabus tunicis constare: ex his una est interior, quæ in Animali vivo tenacis est consistentiæ, et substantiâ glutinosâ et viscida constat, fibris vero manifestè in Longitudem protensis donata est, per quas contrahi et dilatari ipsam autumat; altera tunica externa est, fibris circularibus ad motûs firmítatem instructa. Sed quod maximè observandum erat, ut quod jugulum petat fabulæ de æquivocâ hujus Animalis generatione, in hoc trunco, multa ova minutissima invenit, quæ in Animali vivo Coloris erant (ut vocant) ultramarini, et cum cocta essent, carnei fuerunt. Animalis autem corpus (quod ad truncum hunc pendebat) quinque *conchulis* tegebatur; cum enim duo essent Latera, unumquodque Latus ex duabus conchis constabat, quarum superior quæ trunco proxima, latior erat; inferior versus punctum in quod Latus desinit, multo minor

minor erat; his ſuppoſita a *tergo* erat *quinta* concha inſtar *Carinæ* Navis formata. hæ omnes *Conchæ* validis inter ſe membranis conjungebantur; Carina autem ad Laterum connexionem faciebat, in anteriore autem parte quâ in *angulum* terminantur, aperiuntur hæ *conchæ* et clauduntur, et illic *Animal Cirrhos* (qui circa Caput multi oriuntur) protrudit; atque hæc de hoc Animale, propriâ manu notaverat, ſchedam etiam exorſus erat in quâ (*Linguâ* vernaculâ)ejus *hiſtoriam* traditurus erat, et curaverat *Icones* cùm totius Animalis, tùm partium eius à perito Artifice ad vivum Animal delineari, ſed aliter occupatus, ultra exordium non eſt progreſſus: quæ tamen tradidit, ſufficiunt ad fabulam de hoc Animale explodendam, cum oviparum ſit Animal, et ſibi ſimile ex Ovis progignat; et conſtet quoque *Berniclas aves* ex Ovis,ut alios *Anates* (ad quod genus reducuntur) gigni.

Cum mira etiam de *Sagis* ſeu *Veneficis* traderentur, *Balfourius* noſter etiam ea, ſummo cum *Acumine* et *judicio*,in *Epiſtolâ* ad *Amicum* ſcriptâ,ad examen revocavit.

In excurſibus autem ad Ægros Rure agentes, ſtudioſè in Naturæ Opera inquirebat, et in *Lapicidinâ* ad duodecimum ab *Edinburgo* lapidem

pidem, prope Oppidum *Linton* dictum, invenit *Marmoris* speciem, in quâ *Naturæ* manu Fructuum quasi *effigies* delineatæ sunt, quam ad eam Lapidem accedere putat qui *Ferranti Imperato* in suâ naturali Historiâ, *Pietra Emboscata, con figure de Bolci* dicitur. ad duodecimum etiam ab Urbe Lapidem versus *Occidentem*, in *Montibus*, in viciniâ Villæ *Bathgate* dictæ, *pectunculos* et Mitulos *Lapideos* et *Entrochos*, me comitante invenit: in orâ etiam *Fifensi* invenit Molam *Salviani* rarum in nostro mari piscem; ut et illum non scriptum, cuius *Icon* in *Scotiâ illustratâ* habetur sub nomine piscis aureis *Maculis* aspersi. piscem quoque à *Schoneveldio*, primo descriptum, qui ei *Piscis serratus aculeatus Major* dicitur; *Lupum* etiam *Marinum* à *Schoneveldio* descriptum, primus commendatione suâ, *Mensis* nostris intulit, utpotè lautissimum *cibum*, et qui, quod *piscibus crustatis* vescatur, *Saporem* illorum refert.

Plurimas Plantas *Balfourius* apud nos primus detexit, tres tantum insigniores nominabo. Unam *Pulcherrimam*, in Arena, in *Maris Littore* nascentem, foliis incani coloris in Cordis figuram formatis instructam, quæ propter similitudinem cum *Echio vulgari Echium Marinum* vocatur. Alteram *Umbelliferam*, quæ foliis ad *Apium Hortense* accedit, in littore

quoque

uoque crescentem. Tertiam *Paronichiam folio Rutaceo* dictam, ob insignes vires in *strumis* et *Scrophulis* curandis tantoperè ab illustrissimo *Boileo* commendatam. *Vaccinia Nubis*, quorum Virtus in *Scorbuticis* curandis valdè prædicatur à quibusdam, cùm Plantam tùm fructum eius, multasque alias ex indigenis nostris Plantis, ad D. *Merchant* transmisit.

Suo etiam experimento, comprobavit eximias vires eius Plantæ quæ *Anthyllis Maritima, Alsines folio C. Bauhini* seu *Paronychia altera Mathioli* dicitur; præstantissimum scilicet esse Remedium, in decocto, in pulvere, vel in acetariis, quocunque demum modo paratam, ad omnes Alvi fluxus, Dysenteriam, Lienteriam, fluxum Hepaticum, *&c.* Eius enim usu Pedissequus *Scotus*, qui quinquagesies de die sanguinolenta dejiciebat, cum gravi febre, diebus Canicularibus *Romæ*, anno 1664. tertiâ dosi, omnino restitutus est. Non minus enim sedulus fuit in iis quæ praxin medicam promovere videbantur. Et cum nuperum illud inventum de Sanguine transfundendo, omnium ore celebraretur, ab Urbe *Parisiensi* Instrumentum Argenteum sibi transmitti curavit, eamque transfusionem *Edinburgi* in Canibus perfecit. Medicamenta etiam exotica nuper introducta, quorum vires

res prædicarentur apud Authores, apportanda curavit; nec ullam occasionem omisit, ut Artem Medicam locupletaret.

Scripsit etiam multas Epistolas et varia Consila, Casus etiam Medicos rariores, et Autopsias in Cadaverum sectione habitas, quæ apud Filium servantur.

Et in Gratiam Nobilis Viri D. *Patricij Moravij Baronis* de *Livistan*, qui peregrè tum agebat, iter *Anglicum*, *Gallicum* et *Italicum* Linguâ Vernaculâ scripsit, opus in hoc genere eruditum, et usûs egregii iis qui has Regionesvellent peragrare. Præter enim pulcherrima monita, ut hæc itinera tutò, jucundè et utiliter perficiant; et præter Observationes de moribus populorum et de Fabricis publicis, multa passim inseruntur de Plantis ibi nascentibus et aliis quæ ad Historiam Naturalem pertinent, quorum quædam supra meminimus.

Multùm favebat D. *Balfourius* iis qui singulari Doctrinâ eminebant, eorumq; res promovere studebat: et cum videret quod nihil magis intellectum in rerum cognitione perficeret quàm Methodus Mathematicis propria, adeoque multum in rem studiosorum futurum, si Viri Disciplinarum Mathematicarum peritissimi, in Professores eligerentur; multam

multam operam dedit, cum apud Regni Miniſtros, Regis Conſiliarios, et Urbis *Edinburgenæ* Senatores, ut primo Celeberrimus Mathematicus D. *Jacobus Gregorius* Patruus; dein; ejus ex fratre natu majore, Nepotes *David* nunc apud *Oxonienſes* Aſtronomiæ profeſſor, et *Jacobus* natu minor, ad Cathedram Mathematicam, in *Academia Edinburgenſi* admitterentur. *Jacobum* quoque *Sutherlandium* Horti Medici tunc, et nunc Regii Præfectum, perpetuis Officiis fovebat, et quâ pollebat apud Principes Viros gratiâ, res ejus promovebat: In Empiricis autem reprimendis, qui Jura Medica invadebant, et in *Collegio* Medico erigendo, confirmandisque Medicorum privilegijs ſtrenuus inter primos fuit; et cum decretum à *Collegio* Medico fuiſſet, ut *Pharmacopœa* in uſum Civitatis *Edinburgenæ*, ex junctis *Collegarum* Symbolis adornaretur, ei pars quæ de materia medicâ ageret commiſsa fuit, ut qùam accuratiſſimè exſtrueretur, quod Medicis noſtris medicamenta ut vocant *Magiſtralia* magis in uſu eſſent, quæ unuſquiſque pro re natâ ex ſimplicioribus præſcribit. Farraginem autem Medicamentorum compoſitorum rejiciebant, quod ea *Luxurioſum* potius ſeculi *Genium* ſaperent, quam rei medicæ *uſum* aliquem præberent, ſelectiſſimaque

M tantum

tantum, et in morbis curandis efficaciſſima optimè præparata eligebant, quæ *Regioni* noſtræ ſufficerent. *Balfourius* certè ſuam provinciam pulchrè exornavit, materiam enim Medicam copioſiſſimam ſubminiſtravit, omnemque in ſimplicium nominibus confuſionem amolitus, propriis ſingula nominibus inſignivit, et ad claſſes proprias reduxit: reliqui quoque *Collegæ* ſuas partes egregiè præſtabant, et *Roberto Sibbaldo* præſide, *Pharmacopæa* ad acmen deducta fuit; nec per illum ſtetit, quin à multis annis edita fuiſſet *Pharmacopæa* caſtigatiſſima, et ad uſus noſtros optimè accommodata.

Praxin Medicam magnâ cum Gloria et ſummo fructu exercuit, *Indicationibus* quidem *Reſpondentia* exhibens *Medicamenta*, ſed quæ *tuta*, *ſalubria* et *jucunda* eſſent; *Mochlica* non niſi in obſtinatis morbis præbebat; *Mercurialia* rarò, et non niſi certis in morbis præſcribebat, quod multa damna promiſcuum aut nimium eorum uſum ſequerentur: ſcilicet *Hegemonicæ* facultatis depravationes, ſenſuum ſtupores, motûs impotentia, et *craſeos* et texturæ ſanguinis inſignes corruptiones. Quòd in his parcior eſſet eum traducebant *Lucripetæ* quidam practici, quaſi ea præſcribentem quæ quidem nihil inferrent mali, ſed quæ morbo expellen-

expellendo, non eſſent ſatis efficacia; quæ illorum malitia et improbitas fuit; noſter enim *Balfourius* inter fœliciſſimos in praxi Medicos fuit, et morbo paria remedia præſcribebat, ut qui non ad Mala *Heſperidum* aurea nimis feſtinaret, ſed qui Ægrorum ſalutem in praxi ut ſcopum proponeret, et ad opes et honores, gradu compoſito, per virtutis ſemitam, incederet.

Neque autem nimius Recentiorum admirator fuit, nec Veterum Placitis ita ſuum ingenium mancipavit, quin veritatem, ubicunque propoſitam, amplecteretur, nequè tanquam ſolus ſaperet, ex notionibus proprio de cerebro enatis, *novam* et ad *Scenam* adornatam, conflavit *Medicinam*; ſed cum Rationis et Experientiæ auſpiciis prudentiſſimè ex *Antiquis* et *Neotericis* temperatam Methodum ſecutus eſt: Eam vere Medicinam maximè probabat, quæ à perſpectá *OEconomia animali*, ad morborum curationem *mechanico More* procedit. Quod vero ſummis animi dotibus præditus, et in omni melioris Literaturæ genere verſatiſſimus, nihil in publicam lucem ediderit, id *acribeia* quâ delectabatur eſt imputandum, illi enim diſplicuit, quicquid exercitationis gratia illi excidiſſit, aſſueto nihil probare, quod non eſſet omnibus numeris abſolutum.

Sapientiâ certè, animi moderatione, et humaniorum literarum cognitione multos anteibat; *Historiæ* vero *Naturalis* et *Rei antiquariæ* peritiâ omnes superavit; et dubio procul Palmam obtinuit, et in hisce Studijs, *Scotorum* primus

——— Amæno
Detulit ex Helicone *perenni fronde Coronam.*

Ut merito de eo cecinerat quidam

Callet occulto mare quod profundo,
Intimo quod Viscere terra condit,
Piscium novit genus, et Volantûm
Quadrupedûmque
Flora Splendentem viridi coronâ
Circuit Frontem, sub utroque Mundi
Axe crescentes, medijsque terris,
Quòd sciat Herbas.

Mentis tranquillitati intentus, inanes Honorum Titulos effrænemque pecuniæ cupiditatem semper despexerat, ut qui *Fortunâ* mediocri contentus esset: Summos tamen *honores* consecutus est; à Serenissimo enim Rege *Carolo 2do* in Medicum *Ordinarium* assumptus est, et a Duce *Eboracensi*, qui tunc in *Scotiâ* Regis *Legatus* erat, *Eques Auratus* creatus est; *Præses* quoque *Collegij* Medici electus â *Socijs* fuit;

fuit : Ab omnibus etiam summo in honore habitus est, præserim á *Nobilibus* et eruditis. *Amicos* habuit etiam summæ *Nobilitatis* et *Dignitatis* Viros Plurimos; Nobilissimum *Rothusiæ Ducem*, (cujus *medicus* semper fuit) *Comitem Moraviæ* pro *Regno* Scotiæ *Secretarium*, *Comitem* de *Morton*, *Comitem* de *Strathmore*, illustrissimum *Polemarchum Middletonij Comitem affinem* suum, *Vicecomitem* de *Stormont*, Eruditissimum *Tarbati Vicecomitem*, Dominum *Johannem Moravium* de *Drumcairn Equitem Auratum* Utriusque *fori* Juridici *Senatorem*, D. *Carolum Scarbrughium Equitem Auratum* et *Duorum Regum* Archiatrum, ut alios taceam.

Constans in Sincera *Fide*, *Amoreque* in *Deum* fuit, sublimè de tantâ *Majestate* sentiens, ac summè de ejus *Bonitate* sperans; in operibus *Sapientiam*, *Bonitatem* et *Potentiam* venerabatur: pertotum autem *Vitæ* suæ *curriculum* studuit ut *Officijs* tám *publicis* quàm *privatis* ad *Prudentiæ* dictamen ritè fungeretur; omnibus igitur modis Patriæ *Commoda* promovebat, et *Regi* fidelissimè *inserviebat*: ea autem illi à naturâ insita erat *humanitas*, ut omnes sibi promiscuè *Doctos*, *Indoctos*, *Summos*, *Infimos* devinciret; In *amicis* colendis *officiosus* erat, erga *Cognatos* munificus, erga *Collegas*, ad

ad omnem *Æquitatis* et *Urbanitatis* Legem accommodatus.

Singulari *Sagacitate*, quo quiſque *Hominum* inclinaret atque propenderet, ilico pervidebat, ſimplexque Commercium illi penetralia ejus, cum quo loquebatur, in conſpectum dabat, quod aſſecutus eſt, ut ſupra dictum, cúm Nativâ, quâ præditus erat ἀγχίνοια tùm congreſſibus et conſuetudine Præſtantium Virorum: noverat enim quæ res forent cujuſquè genio moribuſque aptæ, et cum ijs de his diſſerebat; *diſtinctè* autem *graviter* et *ornatè* omnia dicebat, tantâ cum Orationis luce ut ſi res fuiſſent coram poſitæ, conſpici clarius non potuiſſent: fuit enim *Judicio* Maturo ac Solido, et *Experientiâ* magnâ, Lectione et *Meditatione* rerum multùm adjutus fuerat: res etiam admirabiles *naturæ* nemo plures obſervaverat, atque ex his Sanio-res et Puriores de rebus notiones elicuerat: hinc ex tempore copioſè et ornatè ad propoſita quæque dicebat; mirabantur ergo in eo Omnes, rerum Selectarum copiam cum Orationis ſplendore certantem: *Amicos* certè et *Sodales* mirè ſuis colloquijs afficiebat, dum magno cum dictionis Lepore, et ſummo cum judicio, quæ rariora ſibi in peregrinatione occurriſſent, depromeret, et nunquam eos

con-

onſuetudinis cum eo tædebat. quâ autem rat *Eutrapeliâ*, blando et renidente *Vultu* bvios quoſque excipiebat, ad *Bibliothecam* tiam ſuam et *Cimeliarchium*, omnes *Literaum* et elegantiorum *Artium* ſtudioſos benigè admittebat, omniáq; raritate commendailia oſtendebat, *Cameos* quoque et *Nummos* Antiquos, et Libros rariores; *Libris* etiam uibus opus haberent adjutabat: ſuam opeam egregie collocatam exiſtimans, ſi jis ſtiaulos adderet ad ejuſmodi rerum cognitioiem inquirendam.

Plantæ, *Semina*, *Foſſilia*, *Animalia* rariora, *ummi* Veteres nunquam de *animo* excideant, arreptâque Occaſione, de hiſce rebus nquirebat, num vel ipſi *haberent*, vel *ſcirent* ,binam ea *haberi* poſſint; ut vel *Prece* vel *Preio* ea comparare poſſit: non mirabitur ergo, antam rerum rariorum copiam congeſtam pud ipſum fuiſſe, tot *libros* coemptos, qui enſitaverit *Bibliothecam* et *Cimeliarchium*, Annorum quadraginta Opus fuiſſe, et eum iulii *impenſæ*, nulli *operæ* pepercisse in eis arandis.

Cum ſingulis pænè Menſibus, rerum Raiorum additamenta acciperet, à multis anis in animo habuerat, ædes comparare, quæ nagis idoneæ eſſent ad *Bibliothecam* et *Cimeliarchium*,

liarchium, ſed non occurrerant, quæ ejus animo ſatisfacerent: tandem ferè Sexagenarius, cum egregio Architecto ſtipulatus eſt, ut Domui vendendæ, pergulam ſatis longam adjiceret ex Fundamentis extruendam; quæ Libris et rebus rarioribus continendis ſufficeret: ſed, quæ rerum humanarum viciſſitudo eſt! vix per annum unum hanc incoluerat, cum primò Uxoris morte afflictus eſt, dein ita invaleſcerent morbi, ut per triennium quod ſupervixit, vix tempus eſſet ijſdem in ordinem diſponendis conceſſum: ita doloribus Arthriticis et Colicis quaſſatus eſt, ut omnes amici cernerent vires quotidiè labefactari, parumque temporis illi ſupereſſe.

Circa triceſimum ætatis annum, *Londini* diu ex febre lentâ elanguit, ab eo tempore, ad annum ætatis quadragesimum tertium, optimâ valetudine uſus eſt: ſed ab hoc tempore valetudinem minùs firmam expertus eſt, ſævis paroxiſmis Arthriticis alijſque morbis ſæpè vexatus, in doloribus autem patientiſſimè ſe geſſit, nam patiendi conſuetudinem eo perfecerat ratiocinio, quod quicquid pati neceſſum foret, ferendum ſit leniter; patientiâ enim levius fit, quicquid corrigere eſt nefas; ſub finem autem anni præcedentis, remiſere ad tempus Arthritici dolores, ſed

quod

quod pejus erat, qui robore naturæ in artus protrudebantur humores, nunc in Viſcera impetum fecere; cœpit enim mictu Sanguineo per plures dies affligi, quo Vires multum dejiciebantur; cum autem ex uſu remediorum is remitteret, atroces hi humores ſtomachum invaſerunt; unde exortum eſt ei vitioſum Faſtidium cibos reſpuens, cum frequente etiam dolore, Alvus quoque concitatior facta; ſi quid autem liquidi aſſumeret, in acidiſſimum humorem convertebatur qui novas tragœdias excitabat, tandemque invaleſcente fluxu, omnes vires planè exhauſtæ, ut fato ceſſerit, morte quidem placidâ, ineunte anno 1694. qui illi magnus Climactericus, vereque ανδροκλαστης fuit, cum vixiſſet annos 62 et menſes undecim et dies decem; et ita nobis ereptus, magnâ quidem Literarum jacturâ æternus ille vir, ſingulare Naturæ Beneficium et Eruditionis ornamentum, quem non tam Nobiles Genitores, Corporis Fortunæque bona, quam Divinum ingenium, charum amabilemquè Univerſis præſtiterint; nos certè in deſiderio et Luctu et dolore, Muſas in ſqualore reliquit; nominis quidem et famæ ſecurus, nam quamvis dilabantur opes, corruant ædes, numeroſiſſima aliquando deficiat familia, at infer-

ta præclaris inventis nomina nunquam intereunt.

Dum valebat, ei habitus corporis eufarcus fuerat, ſtatura procerior, facies per juventutem et virilem ætatem decora admodum, frons ampla, et quæ præ ſe eximiam comitatem et affabilitatem ferebat, oculi vividi, firmuſque viſus, genæ rubore temperatæ, capillitium (quod ſatis prolixum alebat) coloris Caſtanei, cutis tenerrima et albisſima. Quæ omnia Pictor Pariſienſis fœliciter expreſſit in icone, quæ apud filium ſervatur: temperamento præditus erat Sanguineo et Cholerico ad artes et ſcientias apto nato, memoriam enim habebat fœlicem et firmam, ingenio prompto fuit et judicio ſubacto et ſolido.

In Victu lautus erat, utpote optimorum eduliorum appetens, amicos ad menſam frequenter invitabat, cibiſque exquiſitè paratis et vino meliore excipiebat: conſuetudine ejus omnes capiebantur, rerum enim ponderi conjuncta ſermonis ubertas erat, in reſponſis mirè promptus, nec ullus proverbijs majore cum judicio utebatur: alios inſtruendi cupidus erat, et erat ei ingenium ad omnia natum, doctèque de qualibet re diſſerebat. Sed ille obijt et nos omnes eadem

dem conditio revinxit, cui enim naſci contingit, mori reſtat : et quamvis intervallis diſtinguimur, exitu æquamur : quoniam autem Vita qua fruimur brevis eſt, memoriam noſtram quam maximè longam rebus præclarè geſtis efficere ſtudeamus.

Ite nunc Fortes, ubi celſa magni
Ducit Exempli via, cur inertes
Terga nudatis, ſuperata tellus
Sidera donat.

Sequuntur Inſcriptiones et Epitaphia Doctorum Virorum, quæ ad manus noſtras pervenere.



M. S.

Justa *Balfouriana.*

D. *Andreas Balfourius* Eques Auratus, *M. D.* Clarissimus;
Ex Familia antiqua & equestri *Balfourio-Den-Millensi* oriundus
Stemmate spectabili & illustri
Quâvis prosapia Dignus
Liberorum duodecim (natû) minimus
Juventâ Musarum & Minervæ alumnus, Genio vegeto, Ingenio acri,
Moribus amœnis, indole gratissima
[futuræ sortis & amplitudinis arrha]
Adultus, apprime institutus, studia anhelans, magna spirans,
Anno 1651. gentes exteras & politas videre & peragrare cæpit;
Easdem, earumq; indigenas et advenas præstantiores,
Universitates, Bibliothecas, Musæa, Ceimelia
omniaque scitu aut scrutatu digna,
Naturæ & artis opificia & Archiva,
Solerti industria & maximo cum judicio & fœnore
Exploravit, pensitavit & rimatus est.
Denuo anno 1665. post varios labores
virtutum, famæ, & Doctrinæ satur,
Judicio limato, moribus cultissimus
animi dotibus cumulatissime refertus
Encyclopædiam emensus,
[studii & operæ pretium]
Ab omnibus exoptatus, & acceptus
nostras iterum tactus est,
Evasitque & audiit;

Medicus
Philologus
Antiquarius
Ceimelista
} magni nominis, absolutus, consummatissimu[s]

Eruditionis reconditæ, vetustæ, & modernæ Thesaurus,
Patriæ & seculi amor & ornamentum
Literarum decus sublime
Inter maximos magnus, cuilibet illustrium conferendus
Prudentiâ, comitate, amicitiâ, probitate clarus

Memoria Balfouriana.

IN { Dicendo festive disertus, diserte festivus; gestis, moribus, vultu & consuetudine sapiens, consultus & alliciens,

Librorum, Numismatum & Κειμηλίων congestor assiduus, judex solertissi[mus]

Quem

Collegium Medicorum *Edinburgense*; Conditorem, Censorem, Præ[sidem:]
Socii & familiares, Urbanum, blandum, modestum;
Propinqui & necessarii, amicissimum et consultissimum;
Miseri Patronum pium; Ægroti Medicum peritum;
Literati lumen, columen & quasi numen

Experti sunt.

Demum dierum plenus, præmature tamen
contracto corpore, prostratis viribus at spiritu vivido
Balfourius noster omnibus percharus & desideratus
Eheu! duro & diro naturæ & fati telo cedens; animam placide afflavit.

4 Id. Januarii, anno Æræ Christ; MIↃC XↃIIII. Ætat. LXIII.

Ast post fata funusq; manent & vigent illius præconia,
Nec desit noster cultus & obsequium.

Adeste igitur beati manes, auscultate, accipite
vocem & votum { Gratiarum / laudum / luctus } pro { Beneficiis / meritis / damno }

Devotissimus Cliens plurimis
Officiis Devinctus M. P. P.

Æ. M. S.

Æ. M. S.

D. *Andreæ Balforio*,

Equiti Aurato, Medicinæ Doctori,
Verè nobili, verè docto;
Fifa quem genuit, *Andreapolis* instituit,
Anglia fovit: Exteræ Gentes avidis
Ulnis sunt amplexæ;
Civem totus ambiat orbis.
Cui post *Galliam* sæpius, *Italiamque* peragratam
Nec fides sua, nec patria displicuit:
Græcæ ac Romanæ, Gallicæ, & Hetruscæ
Linguarum callentissimo,
Peregrinantium *Mercurio* faustissimo,
Triplicis naturæ Regni lustratori acerrimo,
Botanico, Nummario, Philologo,
Sedulo, sagaci, Industrio;
Antiquarum rerum peritissimo,
Sanitatis Vindici, Medentium Oraculo,
Æterno leporum fonti,
Comitate insigni, facundiâ miro:
Collegij Medici, Hortique *Edinensis*
Auctori primo & præcipuo,
Rigidæ Virtutis Cultori strenuo,
Opum contemptori magnanimo,
Quo virum honestiorem nec elapsa tulerunt sæcula,
Nec ventura forsitan videbunt:
Amico singulari, *Æsculapio* ac Sospitatori suo,

Morte DeviCtâ, CæLItibVs eXultim ascripto,
Ineunte Jano,
Ætatis Climacterico magno;
Triumphalem hanc *Ephigraphen*,
Grato Mœrentique animo,
Ad aram famæ,
Appendit, Consecrat PonitquE;

D. *Andreæ Balforij*, Equitis Aurati, Medicinæ Doctoris, Epitaphium.

VIta vale, cum Vita perit, Mors invida Magnum
Balforium rapuit, Lubrica Vita Vale.
Occidit, heu! Patriæ lux, Gloria prima Medentûm;
quo sine grande nihil, quo sine dulce nihil.
Nunc Lepor et Risus abiere, Salesque venusti,
Junctaque cum niveâ simplicitate fides.
Optime Custodum, potuit quo Præside solo
Roffensis Genio ponere jura suo.
Te Pater *Eridanus*, vitreis te *Sequana* Lymphis,
Angligenûm Tamesis, *Forthaque* triste gemunt.
Nulli nota magis domus est sua, quàm tibi cunctæ
Perspectæ Gentes, Oppida, Corda Virûm.
Quin Natura Parens, alios quæ terrica celat
Nosse dedit tacito singula clausa sinu
Debita Cæsaribus cognoverat, omnibus Æquum
Tradere, *Principibus* et placuisse Viris.
Fœlix, o nimium Fœlix, te *Scotia* salvo
non habet ulterius quo moriente cadat.

Accipe sed facilis, deductum hoc carmen ab illo
debitor est vitæ, qui venerande tibi.

A. C. p. p.

Aliud.

B*Alforius* magnus cecidit, decus ille Medentûm,
atque Pater, Patriæ deliciæque suæ.
Sanidium præsens *Ægris*, Hortique feracis
Fundator Medici, *Scotia* quo celebris.
Quæ Valles Montesque tenent, Vitreoque Profundum
Gurgite, quæ gremio Terra benigna tulit.

Cuncta

Cuncta suo, Naturâ parens non invida, Mistæ
Nosse dedit, latebris quæ latuere suis.
Quæ proprijs digesta locis, dignissima visu,
Musæo, cunctis conspicienda dedit.
Et quod Mira poli, tenebroso hoc carcere clausus,
Non potis est oculis cernere corporeis,
Deposito duro terrenæ pondere Molis
Exilit ad superas mens reditura domus.
Purgatâ jam mente videt *Pulchrique, Bonique*
Fontem, ac æternis Delitiis fruitur.
Virtus orabat, Laudes

Aliud.

HEu cadit, heu nimium maturâ morte peremptus
Balforius, Patriæ Gloria magna suæ.
Vivit at æternum Nomen, semperque virebit
Justus honos, quem non deleat ulla dies.
Mens cognata Polo, longe majora petebat
quam Mare vel Tellus conspicienda dabant.
Nam quæ rara tenent, postquam lustraverat ille
Hinc abit astriferi visere celsa Poli.

The same in English, by the same hand.

THe Great *Balfour* is dead, too soon alace!
who was his Countries Ornament and Grace.
But his great Name still lives, and shall allwayes
A Garland wear, of never fading Bayes.
His Heaven Born Soul to great things did aspire
nor Sea nor Land could bound his Vast desire;
For when the Wonders these contain'd he knew,
he passed hence, Heavens wonders next to View.

In Obitum Doctissimi et Integerrimi D. *Andreæ Balfourij* Equitis Aurati, Medicinæ Doctoris celeberrimi.

Multoties Lethi Victor *Balfourius* ingens,
Ipse cadit Victus Grata Trophæa neci;
Arte *Machaonià* tardavit fila Sororum
Elusit *Ditis* funereasque Manus.
Herbarum plene Vires edoctus, et illum
Flora suo suavi fovit amica Sinu.
Indidit ille Deum *Roffensi*, expungere quem non
Evaluit *Bacchus* vel *Cytheræa Venus*.
Viderat *Ausonias* terras, et *Celtica* regna,
perdoctus rediit visere rura soli.
Pœonias artes non tantum calluit, ipsum
Nutriit amplexu diva *Minerva* suo.
Naturæ interpres, cujus monumenta coegit
ex pelago, terris, Aeriâque domo.
Helluo librorum, quorum cumulavit acervos,
scriptaque quæ nondum publica facta typis.
Omnibus Urbanus, lenimen mentibus ægris,
fudit namque Jocos et sine felle Sales.
Eheu! quod tempus, quæ lux Gratissima nobis
sarciet hoc damnum vel reparare queat?
O dilecte Deo, Patriæ, Patriæque parenti,
et Medicis, Clero, Pauperibusque piis.
Hic tua fama Moras faciet, dum *Phœbus Olympum*
Ornabit Radijs, et vehet axe diem.

Posuit R. *C. M. V.*

In obitum D. *Andreæ* Balfourij, a *Northbank*; Eq. Aur. M. D. doctiss. et in rebus naturalibus peritissimi.

Ntiquam Stirpem Dominus *Balfourius* olim
Ornabat, Clarus Dotibus Ingenij,
Dum placuit (cur non?) alienas visere terras;
E quibus ad patriam plura notanda tulit,

O *Gallia*

Gallia teftatur, teftatur et *Itala* tellus,
Anglia teftis erat, *Curia* teftis erat,
Naturæ ut penetret penetralia et abdita duræ
Congeffit varios, pignora chara, libros;
Et *Fructus*, *Frutices*, *Radices*, *Semina*, *Plantas*,
Et *Mufcos*, *Mufcas* (quis putet?) et varias;
Et *Pifces*, *Volucres*, *Numifmata*, *Cornua*, *Conchas*,
Et *Terras*, *Lapides*, *Offa*, *Metalla*; Satis.
Quicquid enim *Tellus*, aut protulit *Æquor* et *Æther*
Mufæo (ut potuit) condidit ille fuo.
Hifce modis Artis medicæ pervafit ad imas
Radices, illinc culmina fumma petens.
Addatur *Virtus* diffufa, *Modeftia* mira,
Candor labe carens, et fine fraude *Fides*.
Atq; ita *Divitias*, *Laudes*, *Famamq*; perennem
Obtinuit, meritis annumeranda fuis.
Infuper et dicam, Medicis teftantibus ipfis,
Huic Medico Medicum non fupereffe parem:
Atq; hinc forte aliquis, viridi hoc fub cæfpite, dicet
Tùm *Medicus* doctus, tùm *Medicina* jacet.

A. S. V. D. M. D.

F I N I S.

Errata.

Pag. 13. *lin.* 11. pro ble *lege* noble *p*. 20. *l*. 12. pro *Monfterii* lege *Monafterij*. p. 30. l. 18. pro *Congitione* lege *Cognitione* p. 45. l. 3. *pro* enim *lege* etiam p. 58. l. 16. *pro* potiffimum *lege* pofitiffimum. p. 70 l. 4. *poft* plurima *adde* Semina. p. 80. l. 3. *pro* Fructuum *lege* Fruticum. p. 85. l. 4. *poft* plurima *adde* Remedia. Literarum transpofitiones, redundantiæ aut defectus; et punctorum notationes, ex fenfu facile corrigentur.





